DE

PERFECTI PLUSQUAMPERFECTI FUTURI EXACTI

USU EURIPIDEO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA LUDOVICIANA

AUCTORITATE ET CONSENSU

EDIDIT

RICARDUS HAUPT

SEMINARII PHILOLOGICI GISSENSIS SODALIS.

GISSAE MDCCCLXVII.

TYPIS OFFICINAE BRUEHLIANAE ACADEMICAE (FR. CHR. PIETSCH).

DE PERFECTI PLUSQUAMPERFECTI FUTURI EXACTI USU EURIPIDEO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA LUDOVICIANA

AUCTORITATE ET CONSENSU

EDIDIT

RICARDUS HAUPT

SEMINARII PHILOLOGICI GISSENSIS SODALIS.

GISSAE MDCCCLXVII.

TYPIS OFFICINAE BRUEHLIANAE ACADEMICAE (FR. CHR. PIETSCH).

LUDOVICO LANGE

PRAECEPTORI CARISSIMO

SUMMAE PIETATIS ATQUE REVERENTIAE HOC ESSE
DOCUMENTUM

VOLUIT

GRATO ANIMO
DISCIPULUS.

Conspectus.

Temporis perfecti Graecorum usum atque rationes diu non recte intellexerunt ei, qui in rerum et linguarum antiquarum cognitione versantur. Ac cum nemo sit quin sciat et cum gaudio confiteatur, ea sola re, quod Graecarum et Latinarum rerum scientiae pari studio coli et tractari soleant, ad hoc perfectionis pervenisse philogiam, ut philologiae studium proprio nomine studium humanitatis appelletur: quibusdam tamen in rebus, velut in hac ipsa quaestione, ubi de perfecto quaeritur, minus profuisse illam linguarum communem tractationem erit concedendum.

§. 1. Nam cum Latinorum perfectum impleat et aoristi et perfecti Graeci locum ideoque omnium consensu referendum sit in temporum historicorum numerum, facili negotio fiebat, ut, cum post Latinam linguam ad Graecae cognitionem accedere solerent, etiam perfectum Graecorum, quod illius permultis in rebus est simillimum, non minus tempus esse praeteritum censerent. Quam opinionem quamvis multis rationibus commendari videatur, quibus factum est, ut specie ducti fallaci per tot annos tot tanti viri quae esset perfecti genuina vis ignorarent, ex errore esse natam consentanea hodie omnium sententia constat.

Atque in cognoscenda et recte diiudicanda ea quaestione cum iam multi antea multum praestiterint, novissimae illi philologiae disciplinae plurimum debemus, quae versatur in comparandis linguis. Nam hac non dictum solum vel probabiliter prolatum sed comprobatum certissimisque argumentis demonstratum est, quae sit vera perfecti vis. Docuit enim nos perfectum nihil esse nisi *tempus praesens*, idque apparere maxime in eis perfectis, quae vocentur intensiva, minus aperte et admixta aliqua ratione, quae ad praeteritum tempus pertineat, in eis, quae proprie perfecta vocentur.

Sunt enim duae praesentis temporis rationes: altera, qua quid hoc ipso tempore fiat, sive est actio sive status, significatur, altera, quae solum statum indicat, atque eum quidem, qui ex actione aliqua ante

facta evenerit; quarum rationum illa praesente et perfecto intensivo, haec perfecto proprie dicto enuntiatur. Ad quas rationes referenda sunt omnia quae spectant ad perfecti usum et intellegentiam. Atque quicumque, cum persuasum habeant res grammaticas non ex usu solum eo, qui aliqua linguae aetate potest observari, cognosci posse, eas ex historia per omnes linguae aetates observata diiudicare student: eis videndum erit, ut quam maxime ea sequantur, quae ex perscrutatione historica earum formarum de eis evidenter probata sunt.

Sed quamquam novis his luminibus, quae allata sunt perfecto, accuratius nunc ante oculos positum est, qua via et ratione perfectum inde ab eo tempore, quo ortum est, usque ad extrema linguae Graecae tempora progressum et excultum sit, solent tamen usque ad hunc diem de perfecto agere velut de *systemate* eisdem ac nunc iam ab originibus functo rationibus, non velut de tempore, quod post longius demum tempus paullatim et *gradatim progressum et auctum* aptum sit redditum ad enuntiandas eas rationes, quae apud Atticos eo significentur. Ac cum hanc ipsam ob rem perfectum prae ceteris temporibus dignum sit, quod accuratius pervestigetur, quod longae viae, quam emensum est, ubique cernere stationes adhuc nobis licet: ea maxime re, si accuratius quaeratur apud singulos scriptores de eo, fieri potest, ut hoc tempus, in cuius historia et incrementis recte cognoscendis posita est omnis eius intellegentia, satis accurate et clare illustretur.

Neque desunt, qui hac in re operam collocarint. Nam nuper H. Warschauer *(de perfecti apud Homerum usu diss. Vratisl. 1866)* et L. Brock *(de perfecti et plusquamperfecti usu Aeschyleo diss. ib. 1865)* plene de perfecti usu *Homerico* et *Aeschyleo* disseruerunt, quibus multa me debere lubenter confiteor. Placuit igitur mihi, qui perfecti sit usus apud *Euripidem*, accuratius quaerere. Quem ut prae ceteris eligerem, movit tum praestantia et auctoritas et multitudo operum summi tragici, tum quod qua ille aetate vivebat Athenis litterae maxime florebant. Atque cum de pedestris orationis scriptoribus, quorum Plato et Demosthenes dignissimi sunt, quos aliquis de hac re perscrutetur, nondum extent disquisitiones, quibus qui sit cuiusque scriptoris usus specialis doceatur, post quam rem factam demum poteris perfecti historiam accurate perspectam habere: fieri tamen iam hodie potest, ut generaliter de perfecti historia disputetur. Atque de ea re primum agendum est: non quo credam nova multa mea me esse propositurum, sed quod universa ratio, qua

disponitur et recensetur usus perfecti, plane pendet ex eius historia recte intellecta.

§. 2. Illis temporibus, quae fuerunt ante linguam Graecam nobis cognitam, duae erant praesentis formae: altera quam nos vocamus praesens, altera perfectum. Quorum illud actionem fieri vel esse significabat praesenti tempore eam, quae indicatur verbi radice; alterum notionem radicis auctiorem graviore modo et maiore quadam cum vi enuntiabat. Quarum formarum utra sit vetustior, e forma plane dici vix potest, cum non sit altera ex altera nata, sed suo utraque modo derivata e radice. Probabiliter tamen potest colligi temporis praesentis formam antiquiorem esse, quippe qua primum desiderium sit expletum.

Nam cum vellet lingua enuntiare aliquid praesenti tempore fieri, eo modo versata est in stirpe, ut aut non mutatae adderet terminationes, aut, quod saepius fiebat et posteriore maxime tempore, quo discerneretur praesens ab aliis formis, quae et ipsae formabantur e radice non mutata, frequentius factum est, eam augeret et firmaret. Itaque e radice βα-, cui mera eundi notio inest sine ulla ratione temporali, adiuncta nasali consonante aliisque mutationibus βαίνω fit, λάθω augetur in λανθάνω, τάγω in τάσσω. Quod vero aucta stirpe indicabatur notionem verbi loquenti maioris esse momenti, id linguae visum est aptissimum ad enuntiandas eas actiones, quae ad praesens tempus pertinent.

§. 3. Sed priscis illis temporibus cum variis modis lingua varia desideria poterat explere novaeque formae semper sponte oriebantur ex stirpe, dummodo eis opus esse videretur, tum aliae quoque non deerant rationes formandi novas formas. Mox enim factum est, ut eae rationes, quibus praesens formabatur, non satisfacere viderentur, ubi in significanda actione, quae et ipsa pertinebat ad praesens tempus, sed paullo vehementiorem et auctiorem notionem continebat, quam illa erat, quae continebatur simplici verbi radice, forma quoque uberiore actionem auctam indicari lingua volebat.

Cum igitur illae formae, quae e radice variis modis aucta antea erant formatae, tantum solum valere viderentur, ut ad praesens tempus significandum sufficerent, nova inita ratione tali in significanda auctiore verbi notione alio modo auctas formavit lingua formas. Ita igitur tum versata est, ut non tam ipsam radicis syllabam augeret (quamquam id quoque saepissime fiebat, ut vocalis radicis augeretur), quam *reduplicata radice* indicaret *maiore cum vi agi actionem.* Qua

ratione illorum verborum formae βέβριθα, λέλακα, μέμονα, λέληθα, πέποιθα, βέβη[κ]α natae sunt, in quibus omnibus praefixa reduplicatione indicatur maior actionis vis. Quod vero saepe fieri dixi, ut etiam post reduplicationem syllaba radicalis eodem modo augeatur, quo praesens auctum est, ut φυγ-, φεύγω, πέφευγα, eo, cum factum sit ob id solum, ne maius reduplicationis pondus ipsam radicem obscuraret et opprimeret, non docetur vim formae positam esse in radice.

§. 4. Hoc modo nata sunt omnia illa perfecta, quae per tam longum tempus cum studerent grammatici ea explicare e secundaria perfecti notione, magno eis erant impedimento et offensioni [1]). Nam omnia, quae huc pertinent, perfecta, velut βέβριθα, δέδορκα, κέκληγα, κέκραγα, βέβηκα, alia multa, nisi artificiose et quasi ex insidiis ex altera, quae posteriore demum tempore vulgaris est facta, significatione explicari non possunt.

Haec igitur sunt *propria perfecti significatio originesque*. Sed quomodo alii *diversi* ab illo eius *usus* sunt explicandi? Num praeter illa perfecta, quae vocantur intensiva, temporibus iam antiquissimis aliud perfectorum genus extabat, quae rem aliquam actam esse et statum, qui inde sit effectus, adesse indicabant? an horum significatio ex illis potest derivari? Nam illa perfecta, de quibus modo dixi, derivari non posse e significatione actionis perfectae, id et a Curtio l. l. luculenter probatum et a Warschauero (p. 10 sqq.) ita demonstratum est, ut superfluum sit aliquid de ea re addere: quae autem intercedant rationes inter duas perfecti notiones, id nondum satis videtur explicatum.

§. 5. Atque de hac re hoc imprimis tenendum erit. Perfectum formatum est a lingua, ut inopia quaedam expleretur, ad quam tollendam non satisfecit temporis praesentis forma, cum actionem solum,

---

[1]) Cf. si placet Bernhardy *Wiss. Syntax* p. 378, qui ex inchoativa aliqua radicis notione haec perfecta vult explicari. Eo pertinere ἤνθηκα *bin in Blüte versetzt* Soph. *Trach. 1091.* κέκλαυμαι *poetisch*, κέκραγα, σεσίγηκα Aeschin. *bin verstummt*, τεθαύμακα *ich bin ein bewunderer und anderes z. t. klarere, wie die zweiten perfectformen* ἔοικα *bin zur klarheit gekommen, daher* ὡς ἔοικε *wie erhellt*, πέπραγα ὄλωλα e. q. s. Apparet eo modo quodvis praesens explicari posse velut perfectum ex inchoativa aliqua stirpis notione: λύω *ich habe zu lösen angefangen.* Cf. contra Bernhardyum disputans Curtius *tempora und modi der griechischen sprache*, ubi de perfecto loquitur, et Warschauer dissertationis initio.

quae praesenti tempore agatur, simpliciter, non actionem auctam significare posset. In actionum vero auctarum numerum referri possunt duo actionum genera, quorum utrumque auctam formam poscit: altero actionem fieri praesenti quidem tempore, sed maiore quadam cum vi, significatur, altero actionem ea cum vi tam plane et *perfecte* fieri enuntiatur, ut iam eventus eius ponatur ante oculos. Radix βα- meram eundi notionem significat; in βαίνω radix est aucta, quo significetur ad praesens pertinere tempus actionem eundi; βέβηκα aut significat maiore cum vi fieri eundi actionem [1]), aut actionem eum in modum plenam extare, ut iam sit facta, quod sane summum est notionis augmentum: βέβηκα *abii, absum.*

Quam utramque gradationem eiusdem esse generis non dixerim, nam aliquid sane interest inter *fortiter gradi* et *actione gradiendi facta abesse,* neque negaverim homines priscos illo iam tempore sensisse aliquid interesse inter eas notiones. Hoc tamen dubium non potest esse, quin utraque perfecti notio sit gradatio notionis radicis: qua re factum est, ut, quod interest inter duas illas perfecti notiones, hominibus illis minoris esse videretur, quam quod illis commune erat: gradatio. Atque hercle multa sunt perfecta, quae ad utrum sint referenda genus, vix habeas quod dicas [2]). Adspice modo simplicissimum illud ἠδίκησαι, quod vertere solemus *du wirst mishandelt,* sed etiam *du bist mishandelt,* quo loco dicas necesse est discrimen temporale nullum fere esse. Accedebat quod etiam linguae in formandis novis formis aliquis est finis, et cum praesentis notio alteram formam, quae orta erat aucta stirpe, iam occupasset, cum desideraretur forma alia plenior, huic nihil restabat nisi reduplicatae formae usus.

§. 6. Hoc vero quod modo attigi non est mediocris momenti: non ubique significationes tam aperte posse distingui quam inter βέβηκα *eo* et βέβηκα *abii.* Sunt enim verba non pauca quae, utri generi adscribenda sint, difficile sit dictu. Ita in notissimo illo et frequentissimo οἶδα [3]) utramque significationem inveniri licet. Nam quae est vulgaris significatio verbi illius, perfecti radicis Ϝιδ- *vidi,*

---

[1]) ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας Il. 1, 37 *qui magno gradu urbem circumgrederis,* vide Warsch. p. 18 sq. Infra §. 14.

[2]) Cf. § 28 sqq. §. 33 extr.

[3]) §. 29.

ideo scio, is sum qui perspexerim, ea nequaquam praestat alteri qua perfectum interiorem quandam vim videndi significat [1]). Item verbum κέκλημαι, quod vulgo haud sine veritatis specie explicatur ad alterius generis normam *nomen mihi datum est, vocor*, maiore cum iure priori classi adscribitur, ut indicet *vocor, nomine appellari soleo meo proprio*. Confirmationi sunt ea quoque verba pleraque quorum, cum cetera activi tempora ad usum transitivum transierint, perfecta retinuerunt significationem intransitivam, ut μέμηνα *furens sum;* omnia denique ea perfecta in quibus explicandis vulgari modo grammatici refugere coguntur ad significationem inchoativam aliquam praesentium quae his non inest.

§. 7. Atque haec hactenus de usu perfecti prisco de quo paullo copiosius dixi, quod toti perfecti tractationi subiciendus est quasi fundamentum.

Paullatim secernebantur perfecti illa genera, cum linguae videretur maioris esse momenti eorum discrimen. Quorum cum, ut demonstravi, priori tempore fuissent eaedem origines et propinquitas arcta, postea in linguae incrementis factum est, ut alterum ab altero discinderetur et suam utrumque viam teneret. Atque in eorum historia cernere licet posteriore tempore prius decrescere, alterum, quamquam modice, augeri: illud a lingua paullatim amitti et deseri, hoc conservari et excoli.

§. 8. Cuiusque linguae quo modo mens augetur eodem minuitur corpus. Hoc est, quo magis excolitur facultas enuntiandi subtiles rationes per syntaxin, eo magis verborum et formarum copia et varietas minuitur. Quod verum esse cum aliis rebus multis potest probari tum huic quoque aliquam lucem adfert.

Perfecti *prius genus* natum erat inde, quod lingua plenae notionis plenam enuntiationem quaesierat. Sed posteriore tempore, cum iam desierat lingua novas formas e radicibus proferre, factum est, ut quae antea fuerat linguae ubertas iam videretur esse abundantia. Nam quod intererat inter duas rationes enuntiandae actionis praesentis, id mox videbatur non tanti, quin alterutra forma esset supervacanea, praesertim cum linguae exculta syntaxi aliae quoque praeberentur rationes quibus varietas actionis accuratius et elegantius significaretur. Accedebat quod studebat lingua perfecti formas alteri

---

[1]) Curtius tempora u. modi p. 177.

soli generi servare, cuius temporis significatio tum iam ita diversa videbatur ab intensivis, ut obscurata similitudine mirum videretur, quod eadem forma significaret et actionem praesentem et statum ex actione perfecta profectum. Quare factum est, ut hanc formam alteri inprimis perfecti generi relictam et conservatam vellet.

Uno tamen die haec perfecta intensiva non evanuerunt. Cum enim in lingua vulgari et in oratione pedestri hoc perfecti genus celeri deminutione fere evanesceret, nisi quantum e poëtarum consuetudine sempiterna in ea remanebat, in poësi, quae tota ex Homero pendebat et ex illo suas semper novabat copias viresque, hae formae quae apud Homerum tam saepe inveniuntur diu in usu manserunt. Itaque formae illae graviores, cum usui poëtarum maxime essent aptae qui semper elata amant, non solum in rebus sed etiam in verbis, inveniuntur apud omnes fere poëtas, eo saepius quo magis ii recedunt a vulgaris sermonis simplicitate, inprimis vero apud epicos qui, si maxime insequerentur Homerum vestigiis, ea re maxime sibi videbantur summa petere; quamquam apud poëtas quoque spectare licet harum formarum temporum decursu alias atque alias evanuisse.

§. 9. *Alterum perfecti genus,* quod proprie *perfectum* vocatur, aliam tenuit viam. Tantum enim abfuit ut et ipsum decresceret, ut per totam linguae Graecae historiam suum locum teneret atque etiam amplificaret. Nam cum apud Homerum perfecta prioris generis his numero praestent, apud posteriores alterum genus prius multo superat. Et quamquam in significatione perfecti per DCCC fere annos non multa mutata sunt, id tamen certissime cernere licet, temporum decursu linguam perfectum magis adamavisse et maiore cum studio usurpavisse et ad eos interdum usus accomodavisse ad quos revera minime pertinuerit. Atque hodie, cum satis et probatum et comprobatum sit, perfectum non esse praeteritum tempus sed inter praesentia referendum, nihil iam iuvat tegere atque quasi opprimere argutiis ea exempla, quae interdum obveniunt, ubi perfecti usus is est qui ad sola praeterita pertineat. Warschauer quidem, qui ea de re, quod perfectum tempus praesens sit, omnia fere recte demonstrarit, non tamen recte de hac re sentit cum dicit (p. 5): *Ut vero recta Curtii, Haasii opinio, improbanda est illa qua statuitur perfectum nonnunquam aoristi vices suscipere, quam libere profitetur Bernhardy (Wiss. synt. p. 379): aber eigentümlich ist die abweichung zu der aoristischen bedeutung wie in einem schlichten prae-*

teritum. Nam etsi Bernhardy non recte huc referre videtur eos locos ubi invenitur perfectum in gnomis (cf. §. 62—66) atque alia quaedam in quibus perfecto nulla inest notio praeteriti, ea tamen quae sequuntur nullo modo possunt refutari: *dagegen zeigt es sich als ein rein erzälendes tempus in* ἔγνωκε *Xen. Hell. 7, 1, 41,* ἀνάλωκε *Aeschin. p. 24* [§. 170 falsa lectio ex errore operarum olim nata] (*aber* πέπονθεν εὖ *Isaeus p. 64 scheint verdorben) entschieden bei Sotades ap. Stob. p. 98, 9 und ganz gewönlich bei den folgenden prosaikern gleich dem Lateinischen perfect.* Nam quomodo ille locus Xen. Hell. 7, 1, 41 [1]) explicari potest nisi ea re quod perfectum pro praeterito sit positum? Nam quod interdum fieri potest, ut cum Bernhardyo censeas perfectum eadem ratione pro plusquamperfecto usurpari posse qua praesente historico utantur Graeci pro aoristo, ad hunc quidem locum non pertinet. Licet enim eum usum concedamus perfecto [2]), Xenophonteo in loco apparet meram esse narrationem. Nam si rem ante actam tam clare oculis subiciat scriptor, ut eam ipsam quasi praesenti tempore extare putet: qui fieri possit, ut in sententia ὅπως τὸν νοῦν optativo utatur?

Ibi igitur cum Bernhardyo concedamus scriptorem usum perfecti proprium excessisse. Ac cur non confiteamur in lingua Graeca id fieri potuisse, quod videmus in aliis quoque multis linguis factum esse, maxime vero in Latina, ut eae rationes quibus actio praeterita referretur ad tempus praesens remissae interdum plane solverentur? Tenendum autem erit, illud exemplum, cuius simile in antiquiore lingua Graeca difficile sit invenire [3]), apud Xenophontem extare

---

[1]) αὖθις δ' Ἐπαμεινώνδας, βουληθεὶς τοὺς Ἀχαιοὺς προσαγαγέσθαι, ὅπως μᾶλλον σφίσι καὶ οἱ Ἀρκάδες καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι προσέχοιεν τὸν νοῦν, ἔγνωκε στρατευτέον εἶναι ἐπὶ τὴν Ἀχαΐαν.

[2]) Dubia enim est res. Eorum quidem quae Bernhardy p. 379 exhibet exemplorum plurima sunt suspecta vel ambigua, extremum vero omnino huc non est referendum: *hiernächst taugte das perfect für die erzälung teils durch seinen praesentischen sinn* (γέγονα, κέκραγα Hes. ἔργα 108. Aesch. Cho. 530. Plato Phileb. p. 38 E), *teils durch die bezeichnung des momentanen die nicht selten durch die Griechische sitte das vergangene als gegenwärtig vorzustellen entsteht* (βέβηκε Aesch. Agam. 415 [cf. Brock] ἐλήλυθε Her. 8, 50 [novae edd. ἐληλύθεε] *aber* προακήκοε ib. 79 *ist verdächtig;* ἥκομεν Dem. f. leg. p. 346 [non est perfectum] κατειλήφαμεν Aesch. f. leg. p. 41 [§. 101. Francke κατειλήφειμεν ut videtur recte.] *Dann* Pl. Phaed. 99 D [ambiguus locus] Xen. Hell. 4, 4, 19 [in oratione obliqua cum ὅτι].

[3]) quamquam prae ceteris oratores libere utuntur perfecto, cf. Lys. π. τοῦ σηκοῦ §. 11 φησὶ δὲ ὁ κατήγορος ἐπὶ Σουνιάδου ἄρχοντος σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι.

quem interdum ab Atticae linguae puritate paullum recedere notum est, et scriptum esse seculo ante Christum natum quarto. Apud *Euripidem* quidem similia exempla non inveniuntur.

Is enim mavult aoristo quam perfecto uti, eumque credo omnium Graecorum minime favisse perfecto, id quod ea iam e re cernere potes quod, cum aoristi inveniantur in Electra CCCCLXXX, perfecta ei insunt sola CII (in Iph. Aul. aoristi DCXXVI perfecta CXVII), cum tamen in arte dramatica saepius praesentium quam praeteritorum temporum esse locus videatur. Euripides ubicumque fere uti perfecto poterat aoristum quoque admittebat; velut ἀφικόμην multo saepius usurpatur quam ἀφῖγμαι sensus nullo discrimine (§. 46), ut ἔβην in significatione *veni*, *adsum* perfecti vices totas suscepit, cum βέβηκα *absum* significet (§. 70 sqq.). Quibus e rebus elucet, sicut alia tempora non usurpentur ad grammaticorum solas regulas, eodem modo in perfecto quoque usui aliquam concedendam esse licentiam, usui tam aetatum quam singulorum poëtarum. Nam cum, ut videmus, perfecti usus apud Euripidem non solum suis finibus contineri soleret, ita ut rarissime ultra Homerum excederet, sed etiam aoristus undique eos invaderet, posteriore tempore, atque maxime apud pedestris orationis scriptores, perfectum suos fines implevit et crescendo mox etiam excessit.

§. 10. Ceterum cum usque ad illud tempus quo Christus natus est rara sint exempla usurpati perfecti pro praeterito [1]) eo inde a tempore saepe inveniuntur [2]). Multa extant exempla inprimis apud scriptores ecclesiasticos [3]).

Apud Byzantinos autem perfecti et aoristi discrimina omnino perturbata sunt, cuius rei plenius testimonium afferre non possum quam Bernhardyi verba quae supra attuli: *dagegen zeigt es sich als ein rein erzälendes tempus ... ganz gewönlich bei den folgenden prosaikern gleich dem Lateinischen perfect* [4]).

---

1) apud Callim. et Apoll. Rhod. quantum scio nullum extat exemplum.

2) Cf. Diog. La. 2, 55 de Xenophonte ἤκμαζε δὲ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς ϟδ' ὀλυμπιάδος καὶ ἀναβέβηκε σὺν Κύρῳ ἐπὶ ἄρχοντος Ξεναινέτου ἑνὶ πρότερον ἔτει τῆς Σωκράτους τελευτῆς.. τέθνηκε δ' ἐν Κορίνθῳ.

3) St. Joh. Apocal. 5, 7 ἦλθε καὶ εἴληφε τὸ βιβλίον. Mart. St. Polycarpi 5 καὶ προσευχόμενος ἐν ὀπτασίᾳ γέγονε ... καὶ εἶδεν ..

4) Cf. Suidas: Ἀντιφάνης γέγονε κατὰ τὴν ϟγ' ὀλυμπιάδα, ἤρξατο διδάσκειν μετὰ τὴν ση' ὀλ. Schol. Ar. Nub. 510 ὧν ἓν ἦν τὸ Δαιταλέων λεγόμενον ... καὶ πολλοῖς τῶν θεατῶν ἐπῃνέθη, οὐ μέντοι καὶ νενίκηκεν ἐν τούτῳ ὁ ποιητής.

His praemissis de perfecti usu speciali Euripideo disputabimus. Ipsa vero perfecti historia etiam materiae dispositio datur. Itaque dividamus rem in duas partes:

I alteram quae perfecta ea complectatur quae notionem praesentis auctam exhibent,

quibus adiungamus ea perfecta de quibus ad utrum pertineant genus dubium est;

II alteram de perfecti usu quo significatur statum extare profectum ex actione aliqua praeterita, ubi

A agemus de eis quae eam rationem simplicissime enuntiant,

B de eis in quibus quod eis inest praeteritae actionis maioris est momenti.

Pars prior. Perfectum intensivum.

A

§. 11. De eo igitur perfecti genere quo aliquam actionem fieri significatur, quod discernitur a praesente nullo temporis discrimine, sed ea sola re, quod auctam actionem vel statum indicat, priore parte agendum est. Quod cum de toto hoc genere Curtius (tempp. u. modi p. 171 sqq.) et Warschauer (p. 10 sqq.) tam accurata disputatione ante oculos posuerint, quae sit earum formarum vis et notio, ut de genuina earum ui et de usu Homerico satis sit ad eos regavisse: id solum nobis erit agendum, ut qui sit earum formarum usus apud Euripidem, quibusque rebus hac in re recedat sermo Euripideus ab Homerico usu investigemus.

In recensendo usu Euripideo inprimis id animadvertendum est, quod ipsa lingua, ut multis aliis in rebus, ita in usurpandis his perfectis intensivis, ut vocantur, ab Homero ad illius usque tempora vehementer mutata est. Nam cum priscis temporibus, e quibus nobis sunt relicta carmina Homerica, perfecta intensiva frequentissimo essent in usu, mox factum est, ut sermonis quotidiani usu maximam partem deserta et abiecta e solis priorum poëtarum carminibus manerent vulgi in ore. Qui igitur eis utebatur poëta, ea promta non e sermone vulgari sed ex illo elato et sublimi adhibuit ad *ornandam* elocutionem, cui usui pluribus de causis aptissima erant. Nam primum quod paullo hae formae erant graviores et minus expeditae quam praesentia, sublimi scribendi generi magis accommo-

dabantur; deinde id ipsum eas poëtarum sermoni aptiores reddebat, quod a sermone quotidiano tum iam alienae erant pleraeque. Unde facili negotio commutatio quaedam significationis est orta. Cum enim poëtae eis uterentur pro metri et sermonis poëtici desiderio, factum est, ut propria auctae actionis significatione neglecta saepissime non alio usurparentur sensu ac praesentia, praesertim cum ea ipsa re, quod eas formas amiserat lingua, demonstretur eam tum subtilius illud notionis discrimen e quo natae erant formae (cf. §. 8) aut sentire desiisse aut singulari quidem forma notandum esse non censuisse. Non raro tamen etiam retenta est auctae significationis ratio.

His praemissis ad singula exempla transeo, ubi fieri potest secundum verba in ordine collocata. In proponendis exemplis paullo copiosior ero, quod lexici Euripidei nondum copia nobis est facta. Sed omnia singulorum verborum exempla adicere inutile duxi.

§. 12. ἄνωγα (Brock p. 7). Huius verbi notio *iubere* apud ipsum Homerum ne minime quidem abest a praesentibus, neque quidquam ei inest quod pertineat ad perfecti naturam, nisi terminationes. De verbi origine nil certi potest statui, perfectum tamen videtur esse, frequentia usus mutilatum.

Verbi usus cum apud Homerum sit frequentissimus, apud posteriores cito decrevit. Nam in Aeschyli tragoediis (sec. Brock) indicativus invenitur ter, imperativus semel; Euripides indicativo nisi Cycl. 340. 701, quae fabula multas veteres formas retinuit, omnino non utitur; imperativum exhibet

H. F. 240 ἄγ', οἱ μὲν Ἑλικῶν', οἱ δὲ Παρνασοῦ πτυχὰς
τέμνειν ἄνωχθ' ἐλθόντες ὑλουργοὺς δρυὸς
κορμούς.

Or. 119 εὐμενῆ δ' ἄνωγέ νιν
ἐμοί τε καὶ σοὶ καὶ πόσει γνώμην ἔχειν.

Alc. 1044 σώζειν ἄνωχθε.

§. 13. γέγωνα (Brock p. 7. Warsch. p. 15) *magna voce clamare* [1]). Quod verbum, ut apud Aeschylum non invenitur nisi bis in imperativo, ita apud Euripidem non extat nisi

[1]) Quod Warsch. dicit p. 15 γέγωνα *significat ita clamare, ut qui clamat audiatur*, id non inest verbo. Potest enim homo γεγωνέναι et multis praesentibus, ut audiri possit, et nemine praesente, ut a nemine audiatur, *actionis* nullo discrimine.

Or. 1218 φύλασσε δ' ἤν τις, πρὶν τελευτηθῇ φόνος...
ἐλθὼν ἐς οἴκους φθῇ, γέγωνέ τ' εἰς δόμους
ἢ σανίδα παίσασ' ἢ λόγους πέμψασ' ἔσω.

Statuenda igitur est hoc loco, siquidem versus 1221 genuinus, latior quaedam significatio verbi γέγωνα: *sonum edere fortem.*

λέλακα (B. p. 7. W. p. 15) *altos sonos edere,* tam *moestos,* quam *laetos.*

Hec. 678 ζῶσαν λέλακας, τὸν θανόντα δ' οὐ στένεις.
1109 κραυγῆς ἀκούσας ἦλθον· οὐ γὰρ ἥσυχος
πέτρας ὀρείας παῖς λέλακ' ἀνὰ στρατὸν
Ἠχὼ διδοῦσα θόρυβον.

Hip. 54 πολὺς δ' ἅμ' αὐτῷ προσπόλων ὀπισθόπους
κῶμος λέλακεν Ἄρτεμιν τιμῶν θεὰν
ὕμνοισιν.

§. 14. Βέβηκα (Curtius l. l. p. 174. 176. W. p. 18 sqq.). Saepissime hoc verbum apud Euripidem occurrit. Atque cum permultis in locis notionem habeat *absum, mortuus sum,* tum etiam ad praeteritorum interdum significationem tam prope accedit, ut pro aoristo videatur usurpatum. Extant tamen loci quidam in quibus eodem modo Euripides eo perfecto utatur, quo saepe apud Homerum invenitur, cuius e multis exemplis unum solum notissimum commemoro ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας. Significat enim, ut exponit Warschauer, βέβηκα apud Homerum *fortiter gradi.* Notionem *standi,* ad quam non raro apud posteriores imminuitur significatio, apud Homerum nondum inveniri idem demonstravit. — Quot vero exempla extant apud Euripidem haec fere sunt:

Phoen. 1072 ὦ φίλτατ', ἦ που ξυμφορὰν ἥκεις φέρων
Ἐτεοκλέους θανόντος, οὗ παρ' ἀσπίδα
βέβηκας ἀεὶ πολεμίων εἴργων βέλη;

quem semper comitaris. Ut βέβηκας vertatur *quem semper comitabaris,* eo modo ut statuatur hoc loco perfectum pro imperfecto vel aoristo esse usurpatum, non solum e perfecti rationibus usuque universo, sed etiam e verbi βέβηκα notione fieri non potest (cf. §. 70). Ne vero eo inducaris, ut ob antecedens θανόντος nisi de praeterito tempore loqui non posse Iocasten credas, cf. eum qui sequitur versum

1076 τέθνηκεν ἢ ζῇ παῖς ἐμός; σήμαινέ μοι. —

H. F. 880 βέβακεν ἐν δίφροισιν ἁ πολύστονος

ἅρμασι δ᾽ ἐνδίδωσι
κέντρον ὡς ἐπὶ λώβᾳ... Λύσσα.

βέβακεν est *proficiscitur, vehitur.* Videmus, sicut iam in priore exemplo adeo imminuta sit notio verbi βέβηκας, ut non significet *vehementer, fortiter gradi,* sed *gradi,* ita hic significationem mediam interesse inter *eundi* et *standi* notiones: nam quae stet in sella eadem provehitur Insania. Quo cum loco confer

Her. 61 οὐ δῆτ᾽. ἐπεί μοι βωμὸς ἀρκέσει θεοῦ
ἐλευθέρα τε γαῖ᾽ ἐν ᾗ βεβήκαμεν.

Quem locum similiter explicemus necesse est, nisi quod statuendum est βεβήκαμεν hic significare *in qua nunc commoramur,* non admixta notione vehendi. —

Eodem pertinet

Her. 608 οὔτινα φημὶ θεῶν ἄτερ ὄλβιον ἄνδρα γενέσθαι·
οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δόμον
εὐτυχίᾳ.

Hel. 1523 πῶς; εἰδέναι πρόθυμος· οὐ γὰρ ἐλπίδων
εἴσω βέβηκα μίαν ὑπερδραμεῖν χέρα
τοσούσδε ναύτας.

nondum enim in ea spe versor, fore ut...

§. 15. Haec dicenda erant de indicativo. In eis vero quae restant *participiis* id memoratu dignum est, quod haec, sicut saepissime veterem formam servarunt, etsi more Attico contractam[1]), eodem modo veterem notionem saepissime retinuerunt.

I. A. 1103 μνήμην δ᾽ ἄρ᾽ εἶχον πλησίον βεβηκότος
Ἀγαμέμνονος τοῦδ᾽, ὅς..

i. e. Ἀγ. πλησίον στείχοντος.

Phoen. 1 Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν,
καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις

qui veheris in curru. cf. H. F. 178.

Phoen. 172 ὃς ἅρμα λευκὸν ἡνιοστροφεῖ βεβώς

ita construendum erit, ut suppleamus ἐν αὐτῷ *qui regis currum in eo sedens.*

Or. 1043 τέρπου κενὴν ὄνησιν, εἰ τερπνὸν τόδε
θανάτου πέλας βεβῶσι, περιβαλεῖν χέρας.

---

[1]) invenitur enim apud Euripidem duodecies forma βεβώς, ter βεβηκώς.

Tro. 690 ὁ μὲν παρ' οἴαχ', ὁ δ' ἐπὶ λαίφεσιν βεβώς,
ὁ δ' ἄντλον εἴργων ναός.

H. F. 1112 τηλόθεν βεβώς. I. T. 1285 ποῦ χυρεῖ βεβώς; El. 777 χυρεῖ δὲ κήποις ἐν καταῤῥύτοις βεβώς. cf. 453. Sup. 850. Eodem pertinere censeo B. 646 ἔξω βεβώς, i. e. *qui extra muros commoraris.* De loco

H. F. 163 ἀλλ' ὃς μένων βλέπει τε κἀντιδέρκεται
δορὸς ταχεῖαν ἄλοκα, τάξιν ἐμβεβώς

dubitari potest, nonne eodem pertineat quo est referendus locus Cycl. 92 ἄξενον στέγην τήνδ' ἐμβεβῶτες: quamquam mihi quidem dubium non est quin illuc pertineat. Vertendus igitur locus non *ingressus in aciem* sed *se immittens in aciem* scil. *hostium.*

Phoen. 596 ἐγγύς, οὐ πρόσω βεβηκώς· εἰς χέρας λεύσσεις ἐμάς;.

Hunc quoque locum rectius huc referri censeo. Nam cum intellegi possit ἐγγὺς (ὤν), οὐ πρόσω βεβηκώς (ἐστι) *hic stat, non abiit,* quod Eteocles Polynici respondet quaerenti πρὸς τίνος; scil. καὶ θανοῦμαι, melius tamen βεβηκώς refertur ad utrumque verbum: ἐγγύς βεβηκώς, οὐ πρόσω, i. e. *hic commoratur, in vicinia tua, non longe.* — Restat unus locus dubius

Her. 910 ἔστιν ἐν οὐρανῷ βεβακὼς
τεὸς γόνος, ὦ γεραιά.

Qui locus duplici modo explicari potest. Nam vel construendum est ἔστιν ἐν οὐρανῷ οὐρανόνδε βεβακώς, in qua interpretatione nihil est quod nos offendat, nisi quod is participii βεβηκώς usus apud Euripidem dubius est; vel βεβηκώς eodem modo interpretandum atque exempla quae supra allata sunt: βεβηκώς ἐστιν ἐν οὐρανῷ *versatur in coelo:* quae interpretatio magis mihi placet.

§. 16. ἐλήλυθα. Nam ἔρχομαι analogiam verbi βαίνω interdum sequitur. Ita

Phoen. 384 διὰ πόθου δ' ἐλήλυθα *vehementer cupio.* cf.
Hel. 589 μέθες με· λύπας ἅλις ἔχων ἐλήλυθα.

πεπόταμαι *huc illuc volare.* Ita de Venere

Hip. 563 δεινὰ γὰρ πάντᾳ γ' ἐπιπνεῖ, μέλισσα δ'
οἵα τις πεπόταται

ut apis circumvolat.

El. 177 οὐκ ἐπ' ἀγλαΐαις, φίλαι
θυμὸν οὐδ' ἐπὶ χρυσέοις
ὅρμοισιν πεπόταμαι.

§. 17. δέδορκα (B. p. 6. W. p. 14). Mire Curtius p. 177 *es wird nicht als zufällig erscheinen dass δέδορκα nur in dem sinne von aussehen, blicken (vgl. δενδίλλω, παρθενοπῖπα) gebraucht wird z. b. πῦρ ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς, es steigert sich die energie sogar so weit, dass es stralen, leuchten bedeutet.* Fortasse de notione principali cogitaverit vir clarissimus, quamquam ut edit suam sententiam, adstipulari ei non possumus, cum sane persaepe δέδορκα significet *cerno, video:* id quod statim exempla quaedam Euripidea docebunt.

Siquidem in harum formarum ulla, in hac cerni licet quantopere earum quoque formarum, quae summa cum vi notiones describunt, significationes teri et imminui soleant usus frequentia. Nam permultum sane interest inter notissimum illud πῦρ ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς cumque usum qui apud posteriores saepissime occurit, velut

El. 339 καὶ μὴν δέδορκα τόνδε, σὸν λέγω πόσιν

ubi nempe de *minaci et acri vultu* (Warsch.) nihil invenies. Atque si ad vulgarem hunc usum respicimus, fateamur necesse est non iure a Warschauero reprehendi Buttmannum, qui et δέρκομαι et δέδορκα *video* significare censeat. — Uno quidem in loco maior quaedam vis inesse videatur verbo, qua propius ad principalem accedit notionem:

El. 558 τί μ' εἰσδέδορκεν ὥσπερ ἀργύρου σκοπῶν
λαμπρὸν χαρακτῆρα;

quocum loco conferri potest

Andr. 614 αὐθέντην δὲ σὲ
μιάστορ' ὥς τιν' εἰσδέδορκ' Ἀχιλλέως.

Ceteris locis nihil inest memorabile. Hip. 1163 φάος δέδορκε. H. F. 229 δεδόρκατε πρὸς ἐμέ. 1089. 1229. Or. 385. Tro. 462. 707. 1290. 1291. I. T. 285. Med. 1118. Andr. 545. Sup. 103. 1061.

Participii eadem est significatio.

cf. Phoen. 376 τί γὰρ πατήρ μοι πρέσβυς ἐν δόμοισι δρᾷ,
σκότον δεδορκώς;

Hip. 1193 φάος δεδορκότας. Her. 23 ἀσθενῆ τἀπ' ἐμοῦ δεδορκότες.

Med. 219 δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστιν ὀφθαλμοῖς βροτῶν
ὅστις πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς
στυγεῖ δεδορκώς, οὐδὲν ἠδικημένος

qui solo adspectu motus odit. — Quamquam, ut iam s. v. βέβηκα vidimus, participia veterem significationem saepe fidelius retinuerunt; cuius usus exemplum non valde ab Homericis diversum extat

Cycl. 511 καλὸν ὄμμασιν δεδορκὼς
καλὸς ἐκπερᾷ μελάθρων.

Phoen. 1115 ἔστειχ' ἔχων σημεῖον ἐν μέσῳ σάκει
· στικτοῖς πανόπτην ὄμμασιν δεδορκότα [1]).

§. 18. γέγηθα (W. p. 25). Verbi γέγηθα apud Homerum significatio est: *laetor, gaudio aliquo maiore afficior, laetitia exsulto.* Quam significationem apud Eur. quoque interdum invenimus.

B. 1197 Agave exclamat: γέγηθα
μεγάλα μεγάλα καὶ φανερὰ
τᾷδ' ἄγρᾳ κατειργασμένα.

Hip. 630 de mulierum matrimonio:
ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους φυτὸν
γέγηθε (*freut sich hoch*) κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματι.

Hel. 632 cognito marito haec dicit ad Menelaum uxor:
γέγηθα, κρατὶ δ' ὀρθίους ἐθείρας
ἀνεπτέρωκα καὶ δάκρυ σταλάσσω

summo sum affecta gaudio. Quamquam verbis ἀνεπτέρωκα κρατὶ ὀρθίους ἐθείρας corruptela inesse videtur.

Cycl. 465 γέγηθα, μαινόμεσθα τοῖς εὑρήμασιν.
168 ὡς ὅς γε πίνων μὴ γέγηθε μαίνεται.

Saepius vero apud Euripidem illa significatio eo est attenuata ut significet *gaudeo,* nec quidquam intersit inter γέγηθα et γήθομαι.

I. A. 649 ἰδού, γέγηθά σ' ὡς γέγηθ' ὁρῶν τέκνον.

Or. 62 ἔχει δὲ δή τιν' ἀλγέων παραψυχήν·
ἣν γὰρ κατ' οἴκους ἔλιφ', ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει...
ταύτῃ γέγηθε κἀπιλήθεται κακῶν [2]).

Hel. 726 κακὸς γὰρ ὅστις μὴ σέβει τὰ δεσποτῶν
καὶ συγγέγηθε καὶ συνωδίνει κακοῖς.

Prorsus imminuta est notio verbi
Cycl. 525 θεὸς δ' ἐν ἀσκῷ πῶς γέγηθ' οἴκους ἔχων;

ubi est *gefallen finden,* notione eodem modo attenuata quo et ἁνδάνειν interdum invenitur.

---

1) Totus locus corruptus. Nam et qui sequuntur versus criticos cruciaverunt multos, et ea quae antecedunt, etsi nullum adhuc offenderunt, corrupta sunt. Versu enim 1110 quae leguntur εἰς δὲ Προιτίδας Πύλας ἐχώρει σφάγι' ἔχων ἐφ' ἅρματι absurda sunt et intolerabilia. Mihi placeret ἐχωρεῖτ' εἰσπερῶν ἐφ' ἅρματι si haec verbi χωρέω forma medialis satis confirmaretur. Quare eam coniecturam pro certa non habeo.

2) Idem versus Hec. 279 legitur, nisi quod ei inest γέγηθα et κἀπιλήθομαι; a Nauckio uncis inclusus. Translatus est illuc hoc e loco, additus ut videtur glossematis instar ad versum qui ibi sequitur ἥδ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή.

§. 19. δέδοικα (Curt. p. 175. W. p. 26. B. p. 6). Haec est perfecti verbi δείδω, cuius forma Homerica δέδια, δείδια (δέδϜια) vel δείδοικα (δέδϜοικα) est, forma Attica quae paullatim ceteras depulit. Nam cum apud Aeschylum bis inveniamus δέδια, saepe δέδοικα, apud Euripidem haec forma sola extat. Significat *timore afficior,* qua in re discrimen maioris et minoris metus tam difficile est, ut apud ipsum Homerum saepissime dicere non possis quidquam interesse inter δείδω et δέδια. Quo magis apud Euripidem, qui quantum scio praesente non utitur, intentae actionis notio evanuit.

Phoen. 958 Φοῖβον ἀνθρώποις μόνον
χρῆν θεσπιῳδεῖν, ὃς δέδοικεν οὐδένα.
Hel. 1395 δέδοικα γάρ σε μή τις ἐμπεσὼν πόθος
πείσῃ μεθεῖναι σῶμ᾽ ἐς οἶδμα πόντιον.
El. 1122 σιγῶ· δέδοικα γάρ νιν ὡς δέδοικ᾽ ἐγώ.
Her. 284 φθείρου· τὸ σὸν γὰρ Ἄργος οὐ δέδοικ᾽ ἐγώ.

I. A. 522. B. 670. Hip. 518. 924. Phoen. 263. 384. Med. 37. 282. Andr. 362. Ion. 975. El. 568. Or. 102. 1520. I. T. 843. 996. Infinitivus δεδοικέναι est Sup. 548. Participium δεδοικώς Phoen. 1594. Sup. 446.

§. 20. κεχαρμένος *laetus, qui aliqua re gaudet.* Quodsi χαίρω significaret *laetari incipio*, *gaudio afficior,* non *gaudio affectus sum,* verbum κεχάρημαι (quod et apud alios scriptores ita invenitur, cf. Ar. Vesp. 389. Hom. h. 6, 10; frequentius est activum, cf. Il. 7, 312. Herod. 3, 29. 42. 5, 1. 7, 13 etc.) pro perfecto alterius generis haberi posset; cum vero significet ipsum idem ac perfectum *laetus sum,* nisi quod illud non tam fortiter rem fieri significat, huius loci hanc formam esse apparet. Ceterum apud Euripidem non invenimus nisi medium, notione ab activo non diversa.

El. 1076 μόνην δὲ πασῶν οἶδ᾽ ἐγώ σ᾽ Ἑλληνίδων
εἰ μὲν τὰ Τρώων εὐτυχοῖ, κεχαρμένην,
εἰ δ᾽ ἥσσον᾽ εἴη, συννεφοῦσαν ὄμματα.
Or. 1122 ὥστ᾽ ἐκδακρῦσαί γ᾽ ἐνδόθεν κεχαρμένην.
I. A. 200 (εἶδον) Διομήδεά θ᾽ ἡδοναῖς δίσκου κεχαρημένον

gaudentem disco, ut θεὸς ἐν ἀσκῷ γέγηθε οἴκους ἔχων, imminuta verbi vi. cf.

Tro. 529 κεχαρμένοι δ᾽ ἀοιδαῖς
δόλιον ἔσχον ἄταν.
Cycl. 366 Κύκλωψ Αἰτναῖος ξενικῶν
κρεῶν κεχαρμένος βορᾷ.

§. 21. πεφροντικός. φροντίζειν est *commentari, meditari de aliqua re.* Participium perfecti huc referendum esse docet locus

Alc. 773 οὗτος, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις [1]);

cur tam excelse et considerate (nachdenklich) prospicis?

τεταρβηκώς eodem modo explicandum est: *qui perturbatur, consternatus est.*

I. A. 857 τίς ὁ καλῶν πύλας παροίξας; ὡς τεταρβηκὼς καλεῖ.

ἥσθημαι *sentio.* Perfecti significatio a praesente fere non diversa.

Hip. 1403 τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ', ᾔσθημαι, Κύπρις.

ᾔσθημαι magis videtur animi esse oppressi, dolentis; αἰσθάνομαι potius deceret animum tranquille res adspicientem.

Tro. 638 ἀλγεῖ γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν ᾐσθημένος.

ἥγημαι eodem modo significationem praesentis exhibet.

Phoen. 549 τί τὴν τυραννίδ', ἀδικίαν εὐδαίμονα,
τιμᾷς ὑπέρφευ καὶ μέγ' ἥγησαι τόδε;

magni aestimas. Eadem est significatio praesentis, nisi quod perfectum paullo est fortius. Qui perfecti ἥγημαι usus, cum apud Homerum nondum inveniatur, apud plures extat Atticos.

§. 22. βέβριθα. Hoc verbum sit qui malit ad ea referre quae, cum in praesente habeant notionem transitivam, in perfecto non usurpantur nisi intransitive. Elucet tamen ex Homericis locis antiquiorem et frequentiorem notionem esse *gravem esse.* Quare βέβριθα huc recte refertur.

El. 303 ἄγγελλ' Ὀρέστῃ τἀμὰ καὶ κείνου κακά,
πρῶτον μὲν οἵοις ἐν πέπλοις αὐλίζομαι
πίνῳ θ' ὅσῳ βέβριθα [2]).

Ceterum eadem temporali notione in simili loco usurpatur βρίθομαι:

fr. 470, 1 τί γὰρ ποθεῖ τράπεζα; τῷ δ' οὐ βρίθεται;

§. 23. ἔοικα (B. p. 24). Verbum εἴκω notione propria significat *similem esse;* deinde *decet, placet, videtur;* cf. Hom. Il. 18, 520. Ar. Av. 1298. Perfectum ἔοικα igitur, cum nihil aliud significet, probabiliter huc censeo referri. De notione aliqua inchoativa verbi εἴκειν *similem reddere* [3]) nihil constat, quae si constaret recte

---

[1]) cf. δεδορκὸς βλέπειν Chrys. ap. Gell. 14, 4.

[2]) quamvis sit sordida sententia et aliena fere a gravitate tragica, ferenda tamen videtur apud Telephi Philoctetaeque auctorem.

[3]) vel ut vult Bernh. *zur klarheit kommen*, cf. §. 4 [1]).

eos facere crederemus qui ἔοικα inter alterius generis perfectorum numerum referunt. Her. 427 ἔοιγμεν ναυτίλοισιν *similes sumus nautis.* Cycl. 99 Βρομίου πόλιν ἔοιγμεν εἰσβαλεῖν *videmur venturi esse in Bacchi urbem.* Her. 681 ὡς ἔοιγμεν. Med. 337 ὡς ἔοικας. Hel. 497 ὡς εἴξασιν. I. A. 848. Phoen. 1204. Tro. 619. Eodem modo

I. A. 461 Ἅιδης νιν ὡς ἔοικε νυμφήσει τάχα.

Participium invenitur

I. A. 1134 σὺ δ' ἤν γ' ἐρωτᾷς εἰκότ', εἰκότ' ἂν κλύοις.

Ib. 1400 βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός. εἰκός ἐστι idem valet atque ἔοικε.

§. 24. κέκευθα (B. p. 7) *occulto* a verbo κεύθω idem significante.

I. A. 112 ... ἃ δὲ κέκευθε δέλτος ἐν πτυχαῖς.
Ion 1389 ὦ στέμμαθ' ἱρά, τί ποτέ μοι κεκεύθατε;
Hec. 880 στέγαι κεκεύθασ' αἵδε Τρῳάδων ὄχλον.

κεκόμψευμαι eodem referendum est.

I. A. 333 εὖ κεκόμψευσαι· πονηρῶν γλῶσσ' ἐπίφθονον σοφή [1]).

λέλαμπα (Curt. p. 174. 176).

Tro. 1294 ὀτοτοτοτοτοῖ
λέλαμπεν Ἴλιος περγάμων τε
πυρὶ καταίθεται τέραμνα
καὶ πόλις ἄκρα τε τειχέων.

λέλαμπεν Ἴλιος *werden wir übersetzen können „hell lodert Ilios“* (Curtius). Etiam apertius

Andr. 1025 οὐδ' ἔτι πῦρ ἐπιβώμιον ἐν Τροίᾳ θεοῖσιν
λέλαμπεν καπνῷ θυώδει.

μέμονα (W. p. 25. B. p. 7) *cupio, studeo* [2]). Invenitur

I. A. 1495 ἵνα τε δόρατα μέμονε δάϊα
δι' ἐμὸν ὄνομα τᾶσδ' Αὐλίδος
στενοπόροισιν ὅρμοις

ubi flagranter expectant. Quo in loco verbi μέμονα cernitur notio principalis.

I. T. 655 ἔτι γὰρ ἀμφίλογα δίδυμα μέμονε φρήν,
σὲ πάρος ἢ σ' ἀναστενάξω γόοις.

---

1) Libri ἐκκεκόμψευσαι, mutavit Musgr. Πονηρόν correxit in πονηρῶν Nauck.

2) Vertit ita Brock. Proprie significat potius *expectare* aliquid *vehementer et acriter*, deinde demum *expectandi* notio adeo est obscurata, ut interdum significet *cupiditate flagrare, acriter cupere.*

nam adhuc expectat animus dubius et incertus, uter vestrum prior mihi sit deflendus[1]).

§. 25. πέφρικα (W. p. 26). Significatio verbi φρίσσω eadem est ac perfecti: *erectum esse, horrere.* Phoen. 1121 χαίτῃ πεφρικὸς δέρος.

Phoen. 1104 καὶ πρῶτα μὲν προσῆγε Νηΐσταις πύλαις
λόχον πυκναῖσιν ἀσπίσιν πεφρικότα.

Praeter hos locos, qui extant in nuntii verbis quibus proelium describit commissum circa Thebarum muros, non invenitur perfectum. Num forte hoc indicat illo loco Euripidem hausisse e carmine vetere epico, ut Sophoclem quoque ferunt multa sumpsisse e cyclo?

δέδραγμαι. Hoc verbum huc pertinere cum doceant verba Homerica Il. 13, 393. 16, 486 βεβρυχώς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης, recte huc referre me credo

Tro. 750 τί μου δέδραξαι χερσὶ κἀντέχει πέπλων;

was klammerst du dich an mich an? cf. So. Ant. 255 ἐλπίδος δεδραγμένος.

πεποίκιλμαι *variare personam; astutum, versutum esse.*

Sup. 187 Σπάρτη μὲν ὠμὴ καὶ πεποίκιλται τρόπους.

πέπλευκα. Perfectum quoque verbi πλέω interdum usurpari eadem significatione atque praesens haec docent exempla:

I. T. 1040 ἔστ᾽ ἐν δόμοισι βρέτας, ἐφ᾽ ᾧ πεπλεύκαμεν.
Cycl. 18 ἤδη δὲ Μαλέας πλησίον πεπλευκότας
᾽Απηλιώτης ἄνεμος . . . ἐξέβαλεν ἡμᾶς.
Hel. 530 φησὶ δ᾽ ἐν φάει
πόσιν τὸν ἁμὸν ζῶντα φέγγος εἰσορᾶν,
πορθμοὺς δ᾽ ἀλᾶσθαι μυρίους πεπλευκότα.

§. 26. πέπονθα quoque saepe ita usurpatur, ut aliter explicari non possit nisi e notione perfecti intensiva. Confer Or. 1616 πέπονθα δεινά. Cycl. 638 ταὐτὸν πεπόνθατ᾽ ἄρ᾽ ἐμοί.

I. T. 657 Πυλάδη, πέπονθας ταὐτὰ πρὸς θεῶν ἐμοί;

Confer cetera huius verbi exempla §. 92, inter quae alia quoque sunt de quibus dubitari possit.

εὕρηκα eandem habet notionem ac praesens his in exemplis:

---

[1]) Similis est locus Il. 16, 435 διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε — ἢ μιν ζωὸν ἐόντα — θείω Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ ἢ —᾽δαμάσσω. Quem locum non recte expedivit Warsch. qui haec scriberet *utrumque pariter vehementer cor expetit.* Immo neutrum vehementer Iovis expetit cor, sed dubium est, et in expectatione versatur quadam, utrum potius faciendum sit, cum utrumque ei non sit gratum neque expetitum.

I. A. 1107 Λήδας γένεθλον, ἐν καλῷ σ᾽ ἔξω δόμων Εὕρηκα.
Hel. 1177 ἀλλ᾽, ὡς ἔοικε, πάντα διαπεπραγμένα Εὕρηκα.

κεκίνημαι *moveri.* Notionem temporalem a praesente non esse diversam docet locus

Andr. 1227 τί κεκίνηται; τίνος αἰσθάνομαι
θείου; κοῦραι λεύσσετ᾽ ἀθρήσατε.

Verba, si sanus est locus, significant *quid ibi movetur? quid divum* (vel *quem divum) animadverto?* [1])

κεχρημένος (B. p. 9). χράομαι est *uti aliqua re,* κεχρημένος is est *qui aliqua re utitur.*

I. A. 89 Κάλχας δ᾽ ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένος [2])
ἀνεῖλεν Ἰφιγένειαν, ἣν ἔσπειρ᾽ ἐγώ.

Calchas angustiis pressus (in die enge getrieben) respondit...

B.

§. 27. Haec fere sunt ea quibus usus est Euripides perfectorum exempla, quae nullo temporis discrimine discernuntur a praesente, sed ea tantum re, quod auctam verbi notionem exhibere solent. Restant verba non pauca, de quibus *dubitari potest* ad utrum referenda sint genus, cum sint et quae ad hoc et quae ad alterum

---

[1]) Est tamen cur locum genuinum non censeamus. Nam primum omnino credibile non est eos, qui machinis moti velut Dei ex machina apparebant quasi volantes, antequam advenirent ad eum locum, ubi stantes loquerentur, cerni solitos esse: sed cum semper inesset exigua veritatis species, multa ad fallendum diligentia, unde animorum fervor apud spectatores refrigesceret, id potius est credendum poëtas spectatorum animos non vertisse ad eas machinas, sed contra ei rei studuisse, ut dum dei apparerent quam minime ad eos adverterent animos spectatores. Quod inde quoque potest cerni, quod nulla in fabula alia (nam Electram nihil moror, cuius cum totus exitus suspicionem movet, tum versus 1233—37 sine dubio spurii sunt) quisquam indicat apparentem deum antequam is ipse loqui incepit. — Deinde etiam suspecta sunt quae sequuntur δαίμων ὅδε τίς λευκὴν αἰθέρα Πορθμευόμενος τῶν ἱπποβότων Φθίας πεδίων ἐπιβαίνει; cum Thetidem non in solo stantem sed sedentem in aëre verba edere poëta fingere videatur. Postremo et metrum invenustissimum genuinum non esse locum probat, et ipsum illud τί κεκίνηται indignum est dea apparente. Omnes igitur versus illi anapaestici chori eiciendi sunt.

[2]) Non rectam enim iudico esse quam receperunt editores Marklandi coniecturam κεχρημένοις. Nam codicum lectio optimum praebet sensum; deinde etiam, si scribimus ἀπορίᾳ κεχρημένοις, idem hoc est ac quod est in superiore versu ἀπλοίᾳ χρώμενοι. Retinenda igitur vulgata.

maiore iure ea pertinere nobis persuadere posse videantur. Id vero ipsum, quod multa perfecta media interposita sunt inter duo genera atque quominus accurate ea genera dividantur impediunt, certissimo documento est omnes eas formas, quae perfecta vocantur, recte eo nomine comprehendi unaque origine esse ortas, quamvis diversa videatur notio earum formarum, ut vix credas primo adspectu eis praeter formam nomenque inesse aliquid simile. Aptissimum igitur facere videmur, quo accuratius ille transitus quem in prioribus iam interdum cernere licuit cognoscatur, si eorum perfectorum exempla de quibus, cum notiones tum ad hoc tum ad illud genus magis spectare videantur, quo referenda sint certo dici nequit, hoc loco una comprehendemus. De his igitur perfectis nunc hac *prioris disputationis altera parte* agemus.

§. 28. βεβούλευμαι. De hoc medio quod nos quoque vertere possumus *ich bin beraten* dubitari potest, utrum ad prius an ad alterum genus pertineat; mihi ut de *ich bin beraten* dubitari potest praesensne an perfectum sit, ita in βεβούλευμαι transitus et regio quaedam media interposita inter duo genera cerni videtur.

Med. 893 τότ', ἀλλ' ἄμεινον νῦν βεβούλευμαι τόδε.
Sup. 248 εἰ γὰρ μὴ βεβούλευσαι καλῶς
αὐτὸς πιέζειν τὴν τύχην, ἡμᾶς δ' ἐᾶν.
Med. 567 μῶν βεβούλευμαι κακῶς;

δεδήλημαι huc referendum esse hoc docet exemplum:

Hip. 174 τί ποτ' ἔστι μαθεῖν ἔραται ψυχά,
τί δεδήληται
δέμας ἀλλόχροον βασιλείας.

δηλέομαι est *nocere, damno afficere.* Perfectum tamen δεδήλημαι praesentis habet notionem et passivam Herod. 4, 198. 8, 100, 3. Scimus tamen in lingua Graeca saepe eandem formam variis significationibus usurpari. Itaque hunc quoque locum fieri posse censet Krüger Gr. Gr. II s. v. ut active explices. Sed certius videtur, nisi aliud cogit sensus, eodem modo explicare locum quo Herodotei sunt explicandi, non *quid conficiat reginae corpus* sed *qua re* (τί acc. relationis) *conficiatur.* Deinde etsi hoc sequimur dubitari potest, quid significet perfectum, utrum *qua re confectum sit,* an *conficiatur.* Atque cum probabilius videatur hoc, maxime quod Herodoteis locis firmatur, non negaverim, illam quoque explicationem posse admitti. Quin dici potest notionem temporalem inesse verbo omnino non tam accurate definitam.

§. 29. οἶδα. Hoc perfectum a plerisque ita explicatur ut significare dicatur *vidi, visum et perspectum habeo*, i. e. *scio* (B. p. 10), quae explicatio recta esse sane potest. Alia tamen etiam est quam minoris esse dicere non potes. Curtius enim (p. 177) qua decet, ut in re incerta, cautione *vielleicht*, inquit, *dürfen wir nun auch die merkwürdige tatsache dass das Sanskrit, Griechische und Deutsche darin übereinstimmen für den begriff wissen eine perfectform (vêda, οἶδα, wait) zu brauchen, so erklären dass sie damit das intensive, innerliche des schauens (εἶδον, video) bezeichnen wollen.* E qua sententia in οἶδα est eadem notio quae erat in Ϝιδ–, cum hoc verbum nondum ad transitivam significationem transierat. — Ceterum cum sit huius verbi usus notissimus et simplicissimus frequentissimusque, neque quidquam inveniatur apud Euripidem quo recedat a ceteris scriptoribus, satis fecisse mihi videor, si attulerim ea exempla quae extant in sola Electra, ubi XXI inveniuntur (in I. A. XVI): 43. 53. 88. 270. 271. 292. 299. 356. 404. 541. 627. 693. 752. 756. 766. 894. 921. 952. 1068. 1125. 1210.

§. 30. κέκλημαι (B. p. 8). Ut οἶδα ita etiam κέκλημαι huc referendum est. Videtur hoc in verbo aliis in locis haec, aliis illa explicatio praestare. Nam illuc spectat

Hip. 1 πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος
θεὰ κέκλημαι Κύπρις οὐρανοῦ τ' ἔσω.

Ubi πολλὴ ad κέκλημαι additum aperte indicat esse perfectum intensivum. Eodem videtur referendus locus

Hec. 551 ἐν νεκροῖσι γὰρ
δούλη κεκλῆσθαι βασιλὶς οὖσ' αἰσχύνομαι.

Etiam El. 899 σὸς γάρ ἐστι νῦν
δοῦλος πάροιθε δεσπότης κεκλημένος·

H. F. 1291 κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ
αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν..

ad prius genus magis spectare videntur. Certo cerni non potest

El. 366 οὗτος κέκληται πόσις ἐμὸς τῆς ἀθλίας.

In participio vero ad alterum propius accedit genus significatio:

H. F. 31 οὐ ταὐτὸν ὄνομα παῖς πατρὸς κεκλημένος.

I. T. 492 πότερος ἄρ' ὑμῶν ἐνθάδ' ὠνομασμένος
Πυλάδης κέκληται [1];

---

[1]) Laborare tamen videtur locus. Nam ut coniungantur verba ὑμεῖς ἐνθάδε eodem sensu quo dici potest ὑμεῖς ἐνθάδε ὄντες vix fieri potest. Quo minus vero

§. 31. μέμνημαι (B. p. 8.). Vulgo explicatur e praesentis μνάομαι significatione inchoativa *in memoriam voco* μέμνημαι *in memoria habeo.* Cum vero ipsum μνάομαι significare soleat *memini, reminiscor,* eodem iure in μέμνημαι non esse perfecti vulgarem usum statui potest, sed auctam praesentis notionem. Non improbanda igitur Brockii ratio qua μέμνημαι in prioris generis perfectis posuit.

Hec. 992 εἰ τῆς τεκούσης τῆσδε μέμνηταί τί μου.
El. 351 ἦ καί τι πατρὸς σῶν τε μέμνηται κακῶν;
188 τᾶ Τροίᾳ θ' ἃ 'μοῦ πατέρος
μέμναταί ποθ' ἁλοῦσα.

Imperativus ib. 1055 μέμνησο, μῆτερ, οὓς ἔλεξας ὑστάτους λόγους. *memor es eorum sermonum* [1]).

Andr. 415 μέμνησο μητρός, οἷα τλᾶσ' ἀπωλόμην.
Her. 888 ἀλλ' ὦ γεραιά, χαῖρε καὶ μέμνησό μου
ὃ πρῶτον εἶπας, ἡνίκ' ἠρχόμην λόγου. 588.

νένευκα vel *caput demitto* vel *caput demisi.*

I. A. 1580 ἐμοὶ δέ τ' ἄλγος οὐ μικρὸν εἰσῄει φρενί,
κἄστην νενευκώς [2]).

Qui locus si comparatur cum So. Ant. 441 σὲ τὴν νεύουσαν εἰς πέδον κάρα et Eur. El. 830 τοῦ δὲ νεύοντος κάτω, videtur ad prius referendus esse genus perfecti. Si tamen ad alterum refertur, significat νενευκώς *qui nutavit, qui caput detulit, et demisso capite stat,* quae explicatio et ipsa potest ferri.

§. 32. νενόμισμαι sine dubio eodem est referendum quo κέκλημαι.

fr. 836, 6. 7 ὅθεν οὐκ ἀδίκως
μήτηρ πάντων νενόμισται

Chaos omnium mater putatur.

Med. 170 (Ζεὺς) ὃς ὅρκων
θνητοῖς ταμίας νενόμισται.

ἐνθάδε referamus ad ὠνομασμένος impedit perfecti significatio, pro quo scriptum oporteret ὀνομασθείς. Num vero forte scribendum sit ὄνομ' ἐπωνομασμένος (So. Phil. 605), an gravius aliquod vitium insit loco, dicere non possumus.

1) Quo in loco, si vertitur *reminiscere,* etiam in perfecto potest invenire vim *inchoativam* qui vult, neque minore iure quam in plerisque praesentibus.

2) In priore versu perturbato metro corruptela indicatur: nam in quarta sede nequit ferri creticus — ∪ —, vel dactylus — ∪∪ (μικρὸν εσ —). Quare haud scio an scribendum sit ἐμοὶ δέ τ' ἄλγος πικρὸν εἰσῄει φρενί. A Matthiae o cum Valckenario pro spurio est habitus versus, cuius rei causa vera non cernitur.

Alc. 111 χρὴ τῶν ἀγαθῶν διακναιομένων
πενθεῖν ὅστις
χρηστὸς ἀπ' ἀρχῆς νενόμισται.

Ad prius propius accedunt genus.

Alia deinde perfecta quaedam huc referri possunt minus frequentia.

μεμύθευμαι.

Ion 265 Πρὸς θεῶν, ἀληθῶς ὡς μεμύθευται βροτοῖς...
ἐκ γῆς πατρός σου πρόγονος ἔβλαστεν πατήρ;

λέλεκται.

fr. 484 Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο,
Ἕλλην' ἔτικτεν.

ὠνόμασται.

El. 934 ὅστις τοῦ μὲν ἄρσενος πατρὸς
οὐκ ὠνόμασται, τῆς δὲ μητρὸς ἐν πόλει.

ἔῤῥωμαι.

Her. 636 γέροντές ἐσμεν κοὐδαμῶς ἐῤῥώμεθα.

πεφύλαγμαι.

fr. 475, 18 de sacerdote Cretensi
τῶν ἐμψυχῶν
βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι.

ἐπτόημαι. πτοέω est *terrere aliquem*, interdum ut videtur inchoative, πτοέομαι *terreri, aliqua commotione animi vehementiore moveri.* Apud Euripidem est perfectum

B. 214 ὡς ἐπτόηται· τί ποτ' ἐρεῖ νεώτερον;

Apparet eo in loco verbum ἐπτόηται utraque ratione explicari posse: *quantopere commotus est, quantopere commovetur.*

§. 33. σεσίγημαι *sileo, taceo.*

Alc. 78 τί ποθ' ἡσυχία πρόσθεν μελάθρων;
τί σεσίγηται δόμος Ἀδμήτου;

Quem locum si vertimus, quod proximum est, *cur silet domus Admeti,* σεσίγηται significat idem ac σιγᾶται. Possumus tamen eum cum Bernhardyo (cf. §. 4 [1]), qui Aeschineum σεσίγηκα ex inchoativa praesentis notione explicare studuit, ita accipere, ut vertamus *cur conticuit.* Quamquam haec explicatio minus est certa propter verbi σιγᾶν notionem: non significare enim solet *obmutescere* sed *silere.*

Nonnulla denique huc referenda sunt *participia.*

Phoen. 1111 ὁ μάντις Ἀμφιάραος, οὐ σημεῖ' ἔχων
ὑβρισμένα.

H. F. 892 οὐ Βρομίῳ κεχαρισμένα θύρσῳ.
935 ἔλεξε δ' ἅμα γέλωτι παραπεπλεγμένῳ.
Ion 809 μεμηχανημένως ὑβριζόμεσθα.
Alc. 153 τί χρὴ γενέσθαι τὴν ὑπερβεβλημένην γυναῖκα;

quae superat.

Atque sicut nos participio uno utimur quo et praesens et perfectum enuntiemus *ich werde geliebt* et *ich bin geliebt*, ita apud Graecos quoque inveniuntur multa exempla in quibus quid intersit inter praesens et perfectum vix dicas. Med. 26 ἠδικημένη ᾔσθετ' ἀνδρός *sie fühlte sich mishandelt.* I. A. 79 οἱ ἠδικημένοι *qui iniuriam patiuntur.* I. A. 922 λελογισμένοι εἰσί *sind darauf bedacht.*

Hip. 779 κρεμαστοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη.
856 τί δήποθ'; ἥδε δέλτος ἐκ φίλης χερὸς ἠρτημένη θέλει τί σημῆναι νέον;

Haec omnium maxime docent exempla, diversa perfecti genera tam arcte esse cognata, ut rationibus temporalibus saepe obscuratis fieri non possit ut accurate dividantur.

Pars posterior. Perfectum temporale.

§. 34. Altera perfecti parte continetur is perfecti usus a quo ipsum nomen accepit: *perfectae* scilicet *actionis significatio.* Perfectum enim statum aliquem in quo versaris significat, atque eum quidem qui profectus est ex actione aliqua praeterita. Hac vero re differt hoc genus a priore, quod illud rem aliquam iam inceptam agi intente et cum simplicis notionis gradatione significat; hoc indicat agi tam intente, ut iam *qui effectus sit ea status ante oculos ponatur* (cf. §. 5).

Atque hic quoque animadvertere licet perfecta non pauca de quibus quamquam pluribus de causis huc referenda videntur, tamen, cum utraque significatio in eis non adeo diversa sit, dubitare possis num prorsus huic generi sint adscribenda: quae primo loco ponenda censeo.

Ceterum ut iam dixi apud Euripidem usus perfecti angustioribus continetur finibus. Atque quamvis Warsch. p. 5. contra Kaempfium acriter disputans contendat nusquam *aoristum* pro *perfecto* inveniri usurpatum, ut idem contra Bernhardyum disputavit perfectum nullo modo posse confundi cum aoristo accepta praeteriti

notione (§. 9): utrumque videbimus summa cum cautione esse accipiendum et non pauca esse concedenda linguae arbitrio et poëtae ingenio, quin non dubito dicere interdum et versus desiderio. Atque cum eorum, qui quare aoristus a perfecto sit diversus accurate discernere studuerunt, studia maxima sint digna laude, nobis tamen ea quoque non velanda sed illustranda exempla sunt, si quo in loco aut perfectum in alius temporis fines aut aliud tempus in perfecti magis invaserit quam leges et regulae grammaticae admittere videantur.

§. 35. Ita vero exemplorum molem disponamus, ut huius partis duas faciamus particulas: quarum priore (A) agemus de eis perfectis quae simplicissime indicant praesenti tempore statum aliquem extare: qui status ea solum re pertinet ad tempus praeteritum, quod in hoc factum est aliquid quod statum effecerit. Κεῖμαι praesens significat *iaceo:* sed quomodo pervenerim ad eum statum, id verbo non significatur: possum *cecidisse*, *caesus esse*, *sponte consedisse.* πέπτωκα, item est *iaceo,* sed *iaceo eo statu quo qui ceciderit iacet; iaceo ita ut e casu sim humi prostratus.* Quo vero *modo* ceciderim id perfecto non dicitur: quod si voluit Graecus enuntiare, dixit ἔπεσον (διὰ τοῦτον τὸν λίθον). Non negaverim quidem dicere posse scriptorem πέκτωκα διὰ τὸν λίθον; significat tamen id quoque πέπτωκα, (πεσὼν) διὰ τὸν λίθον. Nam actionis praeteritae e qua status prodierit explicatio accuratior ad perfectum pertinere non potest, a quo omnino non enuntiatur actio praeterita nisi quantum spectat ad tempus praesens. De quibus exemplis, ubi perfectum coniungitur cum additamento aliquo sive obiecto sive adverbiali, quae exempla omnia continent notionem duplicem et complicatam, cum semper ibi aliquid maioris momenti ponatur in actione praeterita, altera particula (B) agendum erit. Priore vero, a qua oriendum est, primum (α) disputemus de eo perfecti usu, quo describitur status, qui extat praesenti tempore. Quo in usu primum (a) agamus de eis perfectis activis quae intransitiva sunt, quibus adiungamus media (b) et passiva (c).

A, α, a.

§. 36. Primum igitur agendum est de *activis.*

1) Quorum multa ob id quoque memorabilia sunt, quod, cum perfectum vim intransitivam retinuerit, praesens transitivam induit. Ita φαίνω, αἴρω alia, quorum verborum significatio intransitiva raro retenta est, perfectum formant notione semper intransitiva. Atque

ut haec notio intransitiva altera est vetustior, ita maxime servata est in iis perfectis quae sunt ceteris vetustiora; nam cum hanc rem ubique fere inveniamus in perfectis *secundis*, iis quae in perfecto ϰ inserunt inesse solet idem quod inest praesenti genus aut transitivum aut intransitivum, cf. πέφηνα, πέφαγκα. Sed unde illud est ortum, ut, cum ceterae activi formae cum obiectis coniungi solerent, perfecta multa per se satis esse viderentur, quibus describeretur actio aliqua quae contineretur solo subiecto neque transiret ad obiectum?

Primis linguae temporibus utriusque generis verbi, medii et activi, terminationes verborum stirpibus adiungebantur nullo notionis discrimine nisi quod graviores hae, illae leviores erant ideoque illae fortasse magis viderentur aptae ad significandas actiones eas, in quibus subiectum maioris esset momenti. Quod discrimen, cum antea ut videtur vix sentiretur, posterioribus deinde temporibus ita auctum est paullatim a lingua ut, quae formae essent graviores factae adiunctis gravioribus terminationibus, prae alteris viderentur aptae ad significandas graviores eas actiones, quae nullo addito obiecto quasi ipsa stirpe continerentur et quae cum maiore quodam subiecti, quod inerat verbo, studio agerentur: minores vero et leviores formae iis maxime aptae viderentur actionibus, quarum non adeo subjectum unum esset particeps, maxime igitur ubi actio ad alium transiret.

Sed ut nulla in re unam regulam constantissime servat lingua, ita hic quoque non versata est eadem ratione in omnibus verbis, sed manserunt permulta verba quae, quamquam terminabantur ratione activorum, retinuerunt tamen notionem *intransitivam*. Quod imprimis est factum in perfectis multis. Quod cur in aliis temporibus fecerit lingua, in aliis omiserit, dicere non possumus; conicere tamen licet linguae perfecti formas, quae iam magno opere auctae essent, satis amplas gravesque visas esse quibus indicaretur sensus non desiderato obiecto [1]). In perfectis vero prae ceteris temporibus quod retenta est vetus notio, eo minus est mirum, cum iam viderimus has maxime formas retinuisse veteres significationes alibi quoque, ita ut videatur in his sensus cum forma arctius coniunctus fuisse quam qui non mutata forma ipse mutaretur. Quam rem iam in perfectis intensivis vidimus. quae diutissime retinuere sensum a

[1]) In aoristi quoque reduplicatis formis eodem modo valde auctis saepe idem est factum.

ceteris perfectis diversissimum. Haec igitur valent de solis antiquioribus perfectis, quae vocantur *secunda*. Quae vero formae syllaba κα adiuncta formantur, eae tum demum factae sunt, cum iam lingua activas et mediales formas plerasque discreverat, novae formae desiderio orto, quod vetera perfecta manserant intransitiva. Tum ad activum στέλλω τι acclinabatur ἔσταλκά τι.

§. 37. ἄραρα (B. p. 25). Affine hoc verbum est eis quae priore parte tractavimus. Derivatur enim a radice ἀρ– quae transitive significat *adaptare, figere, aptum reddere*. Quam radicem cum et e perfecto et ex aoristo eluceat intransitivam habuisse vim, qua fuerit notione non facile est dictu. Nam praesens significare potuit tam *angefügt sein, passen* quam inchoative *sich anfügen:* quae utraque significatio si vertitur in transitivam indicat *aptum reddere*. Neque ex aoristi significationibus quidquam conicere licet, cum altera *ich war angefügt, gemäss* priori, altera *ich bin gefügt, gemäss* inchoativae notioni magis faveat.

Hipp. 1090 ἄραρεν, ὡς ἔοικεν· ὦ τάλας ἐγώ.

Andr. 255 ὡς τοῦτ' ἄραρε. Med. 322. Or. 1571 μοχλοῖς δ' ἄραρε κλῇθρα. Med. 414 θεῶν δ' οὐκέτι πίστις ἄραρε. 745. Participium legimus 1192 ἀλλ' ἀραρότως Σύνδεσμα χρυσὸς εἶχε. El. 948 κάλλει ἀραρώς minus vulgari modo usurpatum est.

εἴωθα *consuevi* huc referri potest, quamquam non sine dubitatione. Praesens enim, cuius participium ἔθων apud Homerum invenitur, quantum ex duobus locis Il. 9, 540. 16, 260 colligere possumus, idem ac perfectum significavit interdum (siquidem non semper) *consuevi, soleo,* eiusque vices postea perfectum suscepit. Verisimile tamen est, ἐθ– etiam significasse *consuescere alicui rei*. Id quidem dubium non est, easdem esse rationes verbi εἴωθα atque verbi ἄραρα.

I. T. 104 φεύγειν μὲν οὐκ ἀνεκτὸν οὐδ' εἰώθαμεν.

Her. 375 ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν. Sup. 576.

§. 38. ἕστηκα *sto* a verbo ἵστημι *pono, sisto,* quod habet inchoativam notionem, eodem spectat. Cuius usus et notio notissima sunt.

Her. 145 ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοισίδ' ἕσταμεν λόγοις.

I. A. 1272 τούτου δ' ἥσσονες καθέσταμεν. El. 227 ἕστηκα. πάντως δ' εἰμὶ σή. Phoen. 277. 832. 1079. Alc. 1143. I. A. 86 etc. Infinitivus Her. 564.

λέλοιπα *deficere, finem habere*, raro invenitur inchoativa notione *finem capere,* quam ipsum praesens intransitivum vix habuerit.

H. F. 123 λαβοῦ χερῶν καὶ πέπλων, ὅτου λέλοιπε ποδὸς ἀμαυρὸν ἴχνος.

133 τὸ δὲ δὴ κακοτυχὲς οὐ λέλοιπεν ἐκ τέκνων.

230 ῥώμη γὰρ ἐκλέλοιπεν ἣν πρὶν εἴχομεν. Hel. 207. 320.

μέμηνα. μαίνομαι est *furentem esse;* activum μαίνω *(furentem reddere)* vel idem significavit, vel *furentem fieri*; μέμηνα est *furere, insanire.*

I. A. 1264 μέμηνε δ' Ἀφροδίτη τις Ἑλλήνων στρατῷ.

B. 359 μέμηνας ἤδη καὶ πρὶν ἐξέστης φρενῶν.

Participium B. 301. I. A. 876. Or. 135. Ion. 526.

πέπηγα (B. p. 26) a stirpe πηγ- *figere;* quae significabat intransitive vel *fixum esse*, vel *fixum fieri.* H. F. 1395 ἄρθρα πέπηγέ μου *membra mea obriguerunt.*

πέποιθα (B. p. 25). πείθω *persuadeo* (intr. *mihi persuadetur* aut *persuasum habeo)*, πέποιθα *mihi persuasum est, confido.*

Phoen. 272 πέποιθα μέντοι μητρὶ κοὐ πέποιθ' ἅμα.

ib. 634. Med. 318. 733. 734. 1299. Alc. 1115. Hip. 1039. Andr. 268. 269. Sup. 331. Cycl. 274. El. 583. Participia Phoen. 600. 704. Hel. 154.

§. 39. ἔρρωγα. ῥήγνυμι significat transitive *scindere,* intransitive *ruere* cum inchoativa saepe notione *(losbrechen).* ἔρρωγα est *ruere, cadere (losgebrochen sein).*

Alc. 1068 ἐκ δ' ὀμμάτων Πηγαὶ κατερρώγασιν.

Hip. 1338 μάλιστα μέν νυν σοὶ τάδ' ἔρρωγεν κακά.

σέσηπα. σήπω *putidum reddere,* notione vix inchoativa, quare hoc perfectum eodem vel maiore iure poni possit in primo genere perfectorum; significat enim *putescere (= putidum reddi).*

El. 318 αἷμα δ' ἔτι πατρὸς κατὰ στέγας μέλαν σέσηπεν.

τέτηκα. τήκω *liquefacere,* intransitive significabat *liquefieri,* vel *liquidum esse.* τέτηκα *liquefactus sum.*

Hec. 433 ὡς πρὶν σφαγῆναί γ' ἐκτέτηκα καρδίαν

Med. 689 τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε;

Cycl. 246 ἑφθὰ καὶ τετηκότα. El. 240 δέμας λύπαις συντετηκός.

§. 40. πέφηνα. φαίνω est *ostendere, probare,* quod verbum apud auctores classicos semper invenitur cum obiectis vel appositis vel supplendis, praeter eos locos ubi usurpatur notione *luceo, colluceo,* Theocr. 2, 11 et aliis multis in locis, quo et pertinet locus Aesch. fr. 305 ἦρι ... φαίνοντι, quem esse documentum signi-

ficationis *apparendi* frustra dicit Thesaurus, in quo eodem refertur non maiore iure So. Ant. 1078. Praeter hos locos solus restat ipsius Euripidis unus El. 1234, sed spurius (§. 26 [1]). Videtur verbum φαίνω ea significatione quam habet medium, et quam habuisse activum docet perfectum, eo tempore quo florebat lingua Graecis iam non notum fuisse. Ut medio, ita et activo intransitivo infuisse potest interdum notio *inchoativa,* quae abest a perfecto.

B. 182 Διόνυσον ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεός.

I. A. 973 ἀλλ᾽ ἡσύχαζε· θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι. Phoen. 916.

Ion 815 ἄλλης γυναικὸς παῖδας ἐκκαρπούμενος
λάθρᾳ πέφηνε.

Tro. 619 ἄλλος τις Αἴας . . παιδὸς πέφηνε σῆς. fr. 35. Hip. 593. Ion 978. 1188.

π έ π ρ α γ α intransitive cum adverbiis saepe usurpatur, notione ut videtur non diversa a notione intransitiva praesentis quod et ipsum cum adverbiis coniungi solet. H. F. 1375 ἀθλίως πέπραγα καὶ ἀποζεύγνυμαι γυναικός. Tro. 608 τοῖς κακῶς πεπραγόσι. Or. 87 ἥκετον ἐφ᾽ ἡμᾶς ἀθλίως πεπραγότας. Her. 499 εὐτυχῶς πεπραγότες.

Alc. 246 ὁρᾷ σὲ κἀμέ, δύο κακῶς πεπραγότας.

Sup. 329 Κάδμου θ᾽ ὁρῶσα λαὸν εὖ πεπραγότα.

§. 41. 2) Nunc transeamus ad ea perfecta quorum *tota activa* retinuerunt usum intransitivum. Quae, cum etiam in his quae modo contemplati sumus transitus aliquis inter prius et posterius genus cernatur, ad unum alterum genus certissime spectant.

γ έ γ ο ν α. Praeter hanc formam nulla alia forma activa verbi est servata, cetera eiusdem stirpis formae habent vim intransitivam (praeter ἐγεινάμην) et inchoativam. γέγονα significat *factus sum, natus sum, sum,* synonymum perfecti πέφυκα, de quo §. 44.

Ion 1471 ἄλλοθεν γέγονας, ἄλλοθεν.

864 οὗ πόσις ἡμῶν προδότης γέγονεν.

Andr. 539 τοῖς γὰρ ἐμοῖσιν γέγον᾽ ὠφελία.

[I. A. 1615 ὦ παῖ, θεῶν του κλέμμα γέγονας; in parte tragoediae supposita.]

Or. 505 κακὴν γὰρ αὐτὴν ἐνδίκως ἡγούμενος
αὐτὸς κακίων γέγονε μητέρα κτανών

cum enim iure eam malam esse credat, ipse peior est matricida ille, non vertendum *ipse est factus eo quod matrem cecidit.*

Magis amat *aoristum* Euripides.

Phoen. 1716 γενόμεθα, γενόμεθ' ἄθλιοί
γε δῆτα Θηβαιᾶν μάλιστα παρθένων.
I. A. 682 ὡς ἄχθος ἡμῖν ἐγένεθ' ἡ Φρυγῶν πόλις.

Saepissime invenitur *participium* γεγώς: Phoen. 123. H. F. 1320. Andr. 647 [1]). B. 199. 284. 1250. 1305. 1309. 1332. H. F. 251. Alc. 532. Hel. 1685. I. T. 473 etc.: nominativus γεγώς omnino XLies, ceteri casus XVIIies (in Ione sola VIies). Quod participium Elmsley ad Med. 541 dicit semper in versuum conclusionibus poni solere. Sunt tamen loci aliquot qui ei rationi repugnent.

B. 47 ὧν οὕνεκ' αὐτῷ θεὸς γεγὼς ἐνδείξομαι.
1347 καὶ γὰρ πρὸς ὑμῶν θεὸς γεγὼς ὑβριζόμην.
Ion 63 οὐκ ἐγγενὴς ὤν, Αἰόλου δὲ τοῦ Διὸς
γεγὼς Ἀχαιός.
Hec. 3 Πολύδωρος Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως.

De quibus locis vix quisquam sit qui addubitet.

Her. 326 οὐδὲν κακίων τυγχάνεις γεγὼς πατρός

ubi non cernitur qua re motus poëta recesserit a consuetudine quam in illis exemplis metro solo coactus reliquerit. Quare, si ea re videtur esse opus, scribendum sit πατρὸς γεγώς. El. 881 spurius est versus.

Γεγήρακα *senectute affectus sum*, *senex factus sum;* a verbo γηράσκω *senesco.*

Ion 1392 ὡς οὐ γεγήραχ' ἔκ τινος θεηλάτου.

§. 42. ἐλήλυθα *adveni, adsum.*

Phoen. 286 σὺ δ' ἀντάμειψαί μ' ὅστις ὢν ἐλήλυθας.
B. 233 λέγουσι δ' ὥς τις εἰσελήλυθε ξένος.
Tro. 905 οὐκ εἰς λόγους ἐλήλυθ', ἀλλά σε κτενῶν.

Hip. 946 εἰς μίασμ' ἐλήλυθας. B. 1201 ἣν φέρουσ' ἐλήλυθας. Or. 741. I. A. 1270. 1339.

Ceterum saepissime *aoristus* invenitur ubi nos perfectum expectamus.

Phoen. 446 μῆτερ, πάρειμι· τὴν χάριν δὲ σοὶ διδοὺς
ἦλθον.

---

[1]) Ubi verba καὶ — γεγὼς non recte a Nauckio vocari credo in suspitionem. Πηλεύς tamen, quod ibi legitur, vix sit genuinum; videtur esse glossema. Forsitan scriptum fuerit (quod cum antecedentibus optime quadrat) ὅτ' ὢν γέρων σύ. Sed nulla hoc in loco coniectura certa erit.

cf. H. F. 260. 530. 1170. 1202. B. 20. 481. 1352. Alc. 817. Or. 215. 611. 859. 1529 etc.

τέθνηκα. θνήσκω *morior.* τέθνηκα *mortuus sum (ich bin tot, non ich bin gestorben.).* Saepissime hac notione invenitur. El. 769. 770. 1092. 1112. Phoen. 1076. 1349. H. F. 539. 913. Alc. 527. 666. Or. 940. 1557. Hip. 958. Hel. 138. 279. 1196. I. T. 56. 378. 548. Sup. 529. Ion 565.

Hel. 1050 βούλει λέγεσθαι μὴ θανὼν τεθνηκέναι; Alc. 541. Ubi optime cernitur quid intersit inter aoristum et perfectum.

Phoen. 1320 τοῖς γὰρ θανοῦσι χρὴ τὸν οὐ τεθνηκότα
τιμὰς διδόντα χθόνιον εὐσεβεῖν θεόν.

Ubi non mutata sententia dicere potuit poëta τοῖς τεθνηκόσι vel τὸν οὐ θανόντα. Sed haec varietas poëtico sermoni apta est. Significat Germanice (nam Latine verti accurate non potest) *denen die gestorben sind soll wer nicht tot ist ehre angedeihen lassen.* Phoen. 1640. Or. 109. El. 229. Ceterum ut hoc in verbo aoristus θανών atque etiam ἔθανον saepissime nullo facto discrimine inter perfectum et aoristum usurpatur (nam qui ἔθανε is etiam est τεθνηκώς) ita perfectum persaepe eis in locis invenitur, quibus perfectum alius verbi usurpari vix possit. Aliquantum igitur usui concedendum est, quo factum est ut saepe participium aoristi, indicativus autem perfecti utriusque temporis vice fungatur (cf. §. 88).

ὀμώμοκα *iusiurandum dedi.*

Hip. 612 ἡ γλῶσσ᾽ ὀμώμοχ᾽, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος

i. e. *lingua non est* ἀνώμοτος, *sed mens* ἀνώμοτος *est.*

§. 43. πέπωκα. πίνω *bibo,* saepe transitivum, interdum sine obiecto; participium πεπωκώς *ebrius.*

Cycl. 536 ὦ τᾶν· πεπωκότ᾽ ἐν δόμοισι χρὴ μένειν.
588 μέμφει τὸν ἐραστὴν κἀντρυφᾷς πεπωκότα;

πέπτωκα. πίπτω *cado,* πέπτωκα *cecidi,* κεῖμαι πεσών.

Or. 88 πόσον χρόνον δὲ δεμνίοις πέπτωχ᾽ ὅδε;
I. A. 808 οὕτω δεινὸς ἐμπέπτωκ᾽ ἔρως
τῆσδε στρατείας Ἑλλάδ᾽ οὐκ ἄνευ θεῶν.
El. 869 ἐπεὶ πατρὸς πέπτωκεν Αἴγισθος φονεύς.
I. A. 1280 ταὐτὸν γὰρ
μέλος εἰς ἄμφω πέπτωκε τύχης.

I. A. 443. B. 605. 813. Tro. 17. 1036. Ion 419. Participium est

Phoen. 881 πολλοὶ δὲ νεκροὶ τοῖς νεκροῖς πεπτωκότες.

I. A. 1343 τὰ νῦν πεπτωκότα *quae nunc iacent.* H. F. 597. Hip. 718.

Eodem fortasse referendus sit locus

Phoen. 1151 ἡμῶν τ' ἐς οὖδας εἶδες ἂν πρὸ τειχέων
πυκνοὺς κυβιστητῆρας ἐκπεπνευκότας.

ἐκπεπνευκώς sit *mortuus*. Sed haud scio an locus sit corruptus [1]).

πέφευγα *postquam effugi absum.*

Her. 451 οὐχ ἅπασα γὰρ
πέφευγεν ἐλπὶς τῶνδέ μοι σωτηρίας.

Cycl. 679 πρὸς θεῶν· πεφεύγασ' ἢ μένουσ' εἴσω δόμων;

Phoen. 1203 παῖδές τε γάρ μοι ζῶσι κἀκπέφευγε γῆ.

§. 44. πέφυκα. In hoc verbo denuo cognosci licet quantum in sermone valeat usus et arbitrium, multaque linguam sine certis regulis sua licentia regere et vertere posse. Ac cum Warschauer p. 17 plane neget aoristum et perfectum ullo in loco esse synonyma, hoc maxime in verbo cognoscitur non solum aoristum saepissime usurpari pro perfecto, ut

Med. 522 δεῖ μ', ὡς ἔοικε, μὴ κακὸν φῦναι λέγειν,

sed etiam perfectum non raro eis in locis inveniri, quibus aoristus, si ad reliquum Euripideum usum respicimus, necessitate quadam exigitur.

Perfecti πέφυκα cum permulta [2]) extent exempla pauca tantum afferam.

Phoen. 908 ἐμοὶ πεφυκὼς παῖς ἃ δεῖ σιγήσεται.
1601 κτείνει με νομίσας πολέμιον πεφυκέναι.
1612 οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀσύνετος πέφυκ' ἐγώ.
Med. 285 σοφὴ πέφυκας καὶ κακῶν πολλῶν ἴδρις.

Ion 400 οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν. Phoen. 86 εἰ σοφὸς πέφυκας. Med. 299 δόξεις οὐ σοφὸς πεφυκέναι.

Idem fere ac perfectum significat *aoristus,* qui etiam saepius hac significatione invenitur.

Phoen. 469 ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.
133 τίς δ' ἐστὶν οὗτος; παῖς μὲν Οἰνέως ἔφυ.
I. T. 851 ὦ σύγγον', ἡμῶν δυστυχὴς ἔφυ βίος.

---

1) Nam quod coniungendum est in codd. lectione κυβιστητῆρας ἐς οὖδας et per se durum est neque verborum collocatione probatur. εἰς οὖδας credo referendum esse ad aliquod verbum quod antea scriptum fuerit pro ἐκπεπνευκότας. Quare malim scriptum, ἐςπεπτωκότας.

2) Aoristi LXXII, perfecti XCIV.

Med. 928 γυνὴ δὲ θῆλυ κἀπὶ δακρύοις ἔφυ.
ib. 698 πιστὸς οὐκ ἔφυ φίλοις. 823.

Perfecti πέφυκα usus etiam latius patet. Nam invenitur talibus quoque in locis, qualibus de *actione* φύειν aliquid indicetur, velut *unde*, vel *quamobrem*. Atque cum in illis exemplis aoristus perfectum oppresserit usus multitudine, hoc in usu qui aoristi potius est miro quodam casu perfectum aoristo saepius invenitur: ita tamen semper, ut non excedat perfecti fines.

Phoen. 247 κοινὸν αἷμα, κοινὰ τέκεα
τᾶς κερασφόρου πέφυκεν Ἰοῦς.
941 ὃς δράκοντος γένυος ἐκπέφυκε παῖς.
Tro. 767 πολλῶν δὲ πατέρων φημί σ᾽ ἐκπεφυκέναι

B. 44 θυγατρὸς ἐκπεφυκότι. Or. 483 κείνου γὰρ ὅδε πέφυκεν; Μ. πέφυκεν. Ion 258 ἐκ ποίου πατρὸς πέφυκας; ΚΡ.. ἐκ δ᾽ Ἐρεχθέως πέφυκα. 542 γῆς γὰρ ἐκπέφυκα μητρός; 1477 πέφυκα δυσγενής, μῆτερ, πόθεν;

Confer aoristos

H. F. 7 ἔνθεν ἐξέφυ
Κρέων Μενοικέως παῖς, ἄναξ τῆσδε χθονός.
Phoen. 419 Τυδεύς, ὃν Οἰνέως φασὶν ἐκφῦναι πατρός.

§. 45. Quibus exemplis probatur plurimis in locis, ubi inveniatur aoristus verbi φῦναι, perfectum quoque inveniri posse, atque invicem perfectum pro aoristo [1]). Neque vero probatur ea re, *idem esse* aoristum et perfectum. Id enim semper interest inter ea, quod aoristus rem aliquam velut actam simpliciter indicat, perfectum ad id respicit quod actione efficitur. Quo fit, ut aoristo significetur actio praeterita nullo praesentis temporis respectu habito; perfecto actio ante acta quasi adhuc agens et valens et quae statum nunc vigentem proferat describatur. Quod discrimen cum in permultis aperte cernatur verbis, in aliis notione verborum obscuratum nullius est momenti (ἔθανον-τέθνηκα): quo fit ut ex arbitrio scriptor et lingua possit eligere utra velit uti forma. Ita etiam formarum ἔφυν *ich bin geworden* et πέφυκα *ich bin* plurimis in locis nihil refert utram usurpes. Quod non in hoc solum verbo invenies, sed etiam in sexcentis aliis. Id semper tenendum est, interesse aliquid; fieri tamen persaepe, ut ad id discrimen non sit quod respiciatur. Nam

---

1) Cf. etiam supra γέγονα, ἐλήλυθα (§. 41. 42) quo haec non minus spectant.

quo alio modo nisi quod formarum discrimen minimum fuerit, saepissime explicari potest quod tot verborum perfecta velut supervacanea nulla inveniuntur, etsi saepissime usurpari possunt? Quo spectat ipsum φύω, cuius transitivae significationis solus aoristus ἔφυσα extat; τίκτω, cuius perfecti τέτοκα vices suscipiunt praesens, aoristus, imperfectum, alia permulta, de quibus cf. §. 82 sqq.

A, α, b.

§. 46. ἀφῖγμαι. ἀφικνέομαι *advenio*, ἀφῖγμαι *adveni, adsum*. Idem apud Euripidem aoristus, qui saepissime pro perfecto usurpatur, significat.

H. F. 1173 οὔ που λέλειμμαι καὶ νεωτέρων κακῶν
ὕστερος ἀφῖγμαι;

Saepe perfectum usurpatur addito loco *ad quem* vel *unde* adveneris.

Tro. 58 Τροίας οὕνεκ᾽, ἔνθα βαίνομεν,
πρὸς σὴν ἀφῖγμαι δύναμιν, ὡς κοινὴν λάβω.

Or. 384 ἀφῖξαι δ᾽αὐτὸν εἰς καιρὸν κακῶν. Her. 85 ἐκ Μυκηνῶν σὴν ἀφίγμεθα χθόνα. 133 ποίας ἀφῖξαι δεῦρο γῆς ὅρους λιπών; 655 οὐκ Ἀργόθεν κῆρυξ ἀφῖκται; Cycl. 352. Hel. 1174. Ion 1254 κλοπῇ δ᾽ ἀφῖγμαι διαφυγοῦσα πολεμίους, ubi κλοπῇ pertinet ad διαφυγοῦσα. I. A. 319. 913. fr. 123 τίν᾽ εἰς γῆν βάρβαρον ἀφίγμεθα Ταχεῖ πεδίλῳ;

El. 87 ἀφῖγμαι δ᾽ ἐκ θεοῦ χρηστηρίων
Ἀργεῖον οὖδας οὐδενὸς ξυνειδότος.
111 ἐφ᾽ οἶσι, Πυλάδη, τήνδ᾽ ἀφίγμεθα χθόνα.

Cum quibus confer

I. A. 1534 φθογγῆς κλύουσα δεῦρο σῆς ἀφικόμην.
Ion. 1555 ἐπώνυμος δὲ σῆς ἀφικόμην χθονός.
El. 95 δυοῖν δ᾽ ἁμίλλαν ξυντιθεὶς ἀφικόμην
πρὸς τέρμονας γῆς τῆσδε [1]).

Nullo in loco eorum quos apposui non possint mutari perfectum et aoristus: non e confusione temporum, sed quia discrimen aoristi et perfecti hic nullius est momenti. —

Participium perfecti, pro quo aoristus non usurpatur, legitur Alc. 772. El. 57. 413. Hel. 131. 817. 861. Her. 94. 144. 644 etc.

---

[1]) Locus corruptus est; laborat in primis verbis. Fort. ἐκεῖν᾽ ἅμιλλαν (nam cod. habet δυεῖν), i. e. *illud mihi sumens propositum adveni.* Pro ζητοῦντ᾽ deinde vel cum Piersono ζητῶν τ᾽ vel ζητῶν scribendum.

γεγένημαι. Pro verbi γίγνεσθαι perfecto medii, quod est
Alc. 84 Ἄλκηστις, ἐμοὶ πᾶσί τ᾽ ἀρίστη
δόξασα γυνὴ
πόσιν εἰς αὑτῆς γεγενῆσθαι.
usurpare solet Euripides aoristum vel activi perfectum (§. 41).

ὁρμᾶσθαι *maturare, properare.*
Or. 844 γυναῖκες, ἦ που τῶνδ᾽ ἀφώρμηται δόμων
τλήμων Ὀρέστης; El. 350.

A, α, c.

§. 47. Ad hanc particulam, ubi de *passivis* agemus, maxima perfectorum moles referenda est; atque in his maxime cernitur aperte vis perfecti genuina. Quare quamquam omnia exempla citare ut in prioribus ita hic nullius usus est, paullo maiorem tamen adferam numerum. Ordinem quo collocentur tamen oportet alium esse, cum non a paucis verbis derivetur magna haec exemplorum vis, ut in prioribus erat, sed a permultis et diversissimis.

El. 602 ἦ πάντ᾽ ἀνεσκευάσμεθ᾽, ὥσπερ αἱ τύχαι.
608 σὺ δ᾽, ἐκ βάθρων γὰρ πᾶς ἀνῄρησαι φίλοις
οὐδ᾽ ἐλλέλοιπας ἐλπίδ᾽, ἴσθι μου κλύων· [1])
616 φρουραῖς κέκασται δεξιαῖς τε δορυφόρων.
1000 σκύλοισι μὲν γὰρ θεῶν κεκόσμηνται δόμοι.
1009 ἠρημένων δὲ δωμάτων ᾑρήμεθα.
1130 οὕτως ἀγείτων οἶκος ἵδρυται φίλων;
1142 κανοῦν δ᾽ ἐνῆρκται καὶ τεθηγμένη σφαγίς.

§. 48. Hip. 246 καὶ ἐπ᾽ αἰσχύνην ὄμμα τέτραπται.
591 προδέδοσαι, φίλα. Ion 808 προδεδόμεσθα.
680 φεῦ φεῦ· πέπρακται, κοὐ κατώρθωνται τέχναι.
806 τί δῆτα τοῖσδ᾽ ἀνέστεμμαι κάρα
πλεκτοῖσι φύλλοις;

---

[1]) Verba senis qui haec loquitur gravi depravatione laborant. Nam post 605 aut lacunam extare probabile est, cum versus 606. 607 eis quae antecedunt non apti sint, aut 606. 607 spurii sunt: quamquam huic sententiae minus faveo. Nauckio quoque suspectus est locus; quamquam ei adstipulari in eo non possum quod φίλοις ei est suspectum. Verba quae leguntur aliud significare non possunt atque: *tu vero, e profundo enim amicis redditus es* (si licet ἀνῄρησαι ita vertere) *neque spem decepisti. .*“ Sed obstat πᾶς, et quod sententia rerum nexui minime est apta, nam his verbis cum γάρ inductis non explicatur cur in eo solo sit spes salutis. Quare cum locus corruptus esse videatur scripserim ἀφῄρησαι φίλους *tu vero, nam prorsus amicis privatus es, in tua manu habes omnia.*

934 ἔκ τοι πέπληγμαι. H. F. 1105. Alc. 405 βαρείᾳ συμφορᾷ πεπλήγμεθα.
Ion 326 ἔχεις δὲ βίοτον; εὖ γὰρ ἤσκησαι πέπλοις.
1040 ἐφ' ᾧ τετάγμεθ' ἐκπονήσομεν. Alc. 49 τοῦτο γὰρ τετάγμεθα.
1113 οὔτι που λελήμμεθα;
Phoen. 116 ἆρα πύλαι τείχεος ἥρμοσται;
588 ἀλλ' ἀνάλωται χρόνος.
733 κἀκεῖ πέφρακται λαὸς ἅρμασιν πέριξ.
1079 οὐκ ἀνήρπασται πόλις.
H. F. 151 τί δὴ τὸ σεμνὸν σῷ κατείργασται πόσει; Or. 284. Med. 871. Hec. 1085. Hel. 107.
238 σὺ μὲν λέγ' ἡμᾶς οἷς πεπύργωσαι λόγοις.
330 ἐκκεκλήμεθα. Hec. 977 ὅρκοις κεκλῄμεθα.
1098 τόξα τ' ἔσπαρται πέδῳ.
1328 πανταχοῦ δέ μοι χθονὸς Τεμένη δέδασται.
§. 49. B. 800 ἀπόρῳ γε τῷδε συμπεπλέγμεθα ξένῳ.
Alc. 482 καὶ ποῖ πορεύει; τῷ προσέζευξαι πλάνῳ;
1157 νῦν γὰρ μεθηρμόσμεσθα βελτίω βίον.
Or. 242 ἐν Ναυπλίᾳ δὲ σέλμαθ' ὥρμισται νεῶν.
429 οὐδ' ἥγνισαι σὸν αἷμα κατὰ νόμον χεροῖν;
1055 φίλων ὡς ἐσπανίσμεθα — ὁρᾷς.
1568 ὃς πεπύργωσαι θράσει.
Hel. 90 φυγὰς πατρῴας ἐξελήλαμαι χθονός.
107 ἤδη γὰρ ἧπται καὶ κατείργασται πυρί.
111 πόσον χρόνον γὰρ διαπεπόρθηται πόλις; non quaeritur *quo tempore* sit urbs deleta, sed *quam diu* sit διαπεπορθημένη.
858 Μενέλαε, διαπεπράγμεθα.
1032 πρὸς μὲν παρθένου σεσώσμεθα *quod pertinet ad virginem, salvi sumus.*
I. T. 777 τί λέξω; ποῦ ποτ' ὄνθ' εὑρήμεθα;
Med. 769 οὗτος γὰρ .. λιμὴν πεφάνται τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.
1002 ἀφεῖνται παῖδες οἵδε σοι φυγῆς.
Hec. 910 ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι
πύργων, κατὰ δ' αἰθάλου
κηλῖδ' οἰκτροτάταν κέχρωσαι.
§. 50. Andr. 435 δόλῳ μ' ὑπῆλθες, ἠπατήμεθα.
896 μῶν ἐσφάλμεθ' ἢ σαφῶς ὁρῶ;

Sup. 826 κατὰ μὲν ὄνυξιν ἠλοκίσμεθ᾿, ἀμφὶ δὲ
σποδὸν κάρα κεχύμεθα.
Cycl. 119 τίνος κλύοντες; ἢ δεδήμευται κράτος;

B. 922 ἀλλ᾿ ἦ ποτ᾿ ἦσθα θήρ; τεταύρωσαι γὰρ οὖν.
Or. 226 ὡς ἠγρίωσαι διὰ μακρᾶς ἀλουσίας. 387.
485 βεβαρβάρωσαι, χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις.
H. F. 42 μή ποθ᾿ οἵδ᾿ ἠνδρωμένοι
μήτρωσιν ἐκπράξωσιν αἵματος δίκην.

Alc. 706 πλείω λέλεκται νῦν τε καὶ τὰ πρὶν κακά.
Med. 933 τὰ μὲν λέλεκται, τῶν δ᾿ ἐγὼ μνησθήσομαι.
Hip. 1021 ἓν οὐ λέλεκται. El. 348 τοῖς εἰρημένοις.
Hip. 244 τὰ λελεγμένα μοι. Hel. 82. Med. 64. 869.
I. A. 402. 1426. Med. 453. Sup. 334. 909. Ion. 394.
Alc. 20 τῇδε γάρ σφ᾿ ἐν ἡμέρᾳ θανεῖν πέπρωται.
Or. 1654 γῆμαι πέπρωταί σ᾿ Ἑρμιόνην.
Phoen. 1663 κἀκεῖνο κέκριται, μὴ ᾿φυβρίζεσθαι νεκρούς.
Med. 1236 φίλαι, δέδοκται τοὔργον ὡς τάχιστά μοι·
παῖδας κτανούσῃ τῆσδ᾿ ἀφορμᾶσθαι χθονός.
Hel. 982 κτανεῖν δέδοκται τήνδ᾿ ἐμοί. B. 1350. I. A. 1375.
Hip. 1255 φεῦ φεῦ· κέκρανται συμφορὰ νέων κακῶν. Confer
Hip. 1345 ὦ πόνος οἴκων
οἷον ἐκράνθη δίδυμον μελάθροις
πένθος θεόθεν καταληπτόν.
Cycl. 557 πῶς οὖν κέκραται;

§. 51. In *infinitivi* exemplis prae ceteris perfecti vis et notio aperte cernitur.

El. 454 (ἔκλυόν τινος) τᾶς σᾶς, ὦ Θέτιδος παῖ,
κλεινᾶς ἀσπίδος ἐν κύκλῳ
τοιάδε σήματα δείματα
Φρύγια τετύχθαι [1]).
1137 ἡνίκ᾿ ἂν δέ με
δοκῆτε θυσίας τῆσδ᾿ ἀπηλλάχθαι θεοῖς [2]).

---

[1]) **Nauckius** scribit φρικτά, cui nihil obstat nisi quod eo notio rei terribilis inutili modo urgetur, et quod strophae ὄμμασι non respondet. Quare fortasse scribendum sit (si quidem apparet et ob metrum et ob constructionem Φρύγια esse corruptum) ὀρυκτά i. e. *insculpta*. Respondent sibi ita ×⏑́ ⏑ ⏑ ´– — et ×⏑ ´– ⏑ ⏑ ´– —

[2]) Pro θεοῖς scribendum videtur θεᾶς scil. Εἰλειθυίας.

Phoen. 1678 τί δ' ἐκπροθυμεῖ τῶνδ' ἀπηλλάχθαι γάμων;
Andr. 963 ἀπηλλάχθαι θέλεις οἴκων τῶνδε.
El. 1069 πρὶν κεκυρῶσθαι σφαγάς.
Her. 788 ὦ φίλταθ', ἥδε σ' ἡμέρα διήλασεν
ἠλευθερῶσθαι τοῖσδε τοῖς ἀγγέλμασιν.
Phoen. 737 ἑπτ' ἄνδρας αὐτοῖς φασιν ὡς ἤκουσ' ἐγὼ
ET. τί προστετάχθαι δρᾶν;
1145 πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς
τί μέλλετ' ἄρδην πάντες ἐμπίπτειν πύλαις;
Hel. 1654 ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δεῖ νιν ἐζεῦχθαι γάμοις.

§. 52. *Participia.*

Phoen. 162 μορφῆς τύπωμα στέρνα τ' ἐξεικασμένα.
267 ὡπλισμένος δὲ χεῖρα τῷδε φασγάνῳ·
cf. κοσμηθείς 861. I. A. 760.
877 νοσῶν τε καὶ πρὸς ἠτιμασμένος. El. 323.
947 οὗτος δὲ πῶλος τῇδ' ἀνειμένος πόλει
θανὼν πατρῴαν γαῖαν ἐκσώσειεν ἄν.
Andr. 598 γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένοις
δρόμους παλαίστρας τ' οὐκ ἀνασχετοὺς ἐμοὶ
κοινὰς ἔχουσι de Spartanorum puellis [1]).
El. 379 ταῦτ' ἐᾶν ἀφειμένα. Her. 3.
1211 μᾶλλον τί χρῄζεις παῖδας ἢ σεσωσμένους;
1089 τῆσδε γῆς σεσωσμένης. Or. 474.
1403 χάμακος ἀμφοῖν χεῖρ' ἀπεστερημένοιν. Alc. 378.
1468 ἔφθημεν οὔπω τεύχεσιν πεφραγμένον
Ἀργεῖον εἰσπεσόντες.
Or. 761 εἶδον ἀγυιὰς τεύχεσιν πεφραγμένας.
El. 1648 τὰ ἐντεταλμένα.
H. F. 53 ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι
δόμων καθήμεθ' ἀπορίᾳ σωτηρίας.
201 τοῦτο δ' ἐν μάχῃ
σοφὸν μάλιστα, δρῶντα πολεμίους κακῶς
σώζειν τὸ σῶμα, μὴ ἐκ τύχης ὡρμισμένους.

---

1) ἐμοί sententiam enervat eiusque vim minuit ubi potius debeat augeri. Credo Euripidem scripsisse ὁμοῦ, coniungendum cum κοινάς ut So. Ai. 404 cum πέλας invenitur. Similiter ἄλλως μάτην Hec. 489. πανταχοῦ ἀεί 845. cf. 525, alia eiusmodi, quae valde amat Euripides.

299 σοφοῖσι δ' εἴκειν καὶ τεθραμμένοις καλῶς (χρεών).
527 στολμοῖσι νεκρῶν κρᾶτας ἐξεστεμμένα.
932 ἀλλ' ἐν στροφαῖσιν ὀμμάτων ἐφθαρμένος.
1287 κἄπειθ' ὑποβλεπώμεθ' ὡς ἐγνωσμένοι.
B. 37 ὁμοῦ δὲ Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμένοι.
686 οὐχ ὡς σὺ φῂς
ᾠνωμένας κρατῆρι καὶ λωτοῦ ψόφῳ
θηρᾶν καθ' ὕλην Κύπριν ἠνεμωμένας.
1102 ἀπορίᾳ λελημμένος.
1366 ἐκβεβλημένη πατρίδος. Confer:
El. 412 πόλεος ἐκβεβλημένος.
1004 δούλη ἐκβεβλημένη δόμων.

§. 53.

Alc. 1065 μή μ' ἕλῃς ᾑρημένον.
Or. 458 κουρᾷ τε θυγατρὸς πενθίμῳ κεκαρμένος.
El. 108 κεκαρμένῳ κάρᾳ. 515 βοστρύχους κεκαρμένους.
Or. 1320 οὐκ εἰδυῖα τἀξειργασμένα.
El. 241 καὶ κρᾶτα πλόκαμόν τ' ἐσκυθισμένον ξυρῷ.
317 Ἰδαῖα φάρη χρυσέαις ἐζευγμέναι
πόρπαισιν.
1142 τεθηγμένη σφαγίς.
1172 ἀλλ' οἵδε μητρὸς νεοφόνοις ἐν αἵμασι
πεφυρμένοι βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα. Alc. 496.
1255 εἵρξει γάρ νιν ἐπτοημένας
δεινοῖς δράκουσιν ὥστε μὴ ψαύειν σέθεν [1].
1270 τῷδ' ἄχει πεπληγμέναι.
I. A. 51 οἱ τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι
priore tempore felices, non *antea felices facti.*
Med. 822 λέξῃς δὲ μηδὲν τῶν ἐμοὶ δεδογμένων.
El. 1290 πεπρωμένην γὰρ μοῖραν ἐκπλήσας φόνου.
fr. 237 ἐγνωσμένος δὲ καὶ πάροιθέ σοι, γύναι
Θαλθύβιος ἥκω.
fr. 496,2 αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις
αἶσχος γυναιξίν.

---

[1]) Ipsas Furias vocare solent poëtae δρακαίνας. Ipse Euripides I. T. 286. Aesch. Eum. 128 δεινῆς δρακαίνης. Quare haud scio an sit scribendum δεινὰς δρακαίνας, quod variis de causis praestare codicis lectioni videtur.

Quo in loco coniunctum est perfectum cum aoristo non mutata sententia; *nam quae aliquid commiserunt mali, eae eis feminis dedecori sunt, quae innocentes sunt.*

§. 54. Multis aliis probatur exemplis in participiis saepe maxime quod intersit inter *perfectum* et *aoristum* obscurari. Cf. I. T. 557 οἶκος συνταραχθείς, ubi quid sit notionis discrimen a συντεταραγμένος vix dicas. Ion 1169 στεφάνοισι κοσμηθέντες. Med. 301.

fr. 712 παθόντες οὐδὲν μᾶλλον ἢ δεδρακότες.

Praesentis quoque participia cum perfecto certant. Nam sicut semper dicit Euripides ἠδικημένος, *qui malis afflictatur* (§. 33, ἠτιμασμένος §. 52), ita non dicit νενικημένος neque νικηθείς, sed νικώμενος (Hec. 333. Cycl. 454). Cf. etiam El. 381 δωμάτων ὠγκωμένος et quod, quamquam in indicativo praesens usurpari solet ubi nos perfecto opus esse credimus, in participiis ubique invenitur pro λειπόμενος: λελειμμένος; Hel. 426. 599. 737. Her. 713. I. A. 1181. El. 1010. Or. 690.

§. 55. *Indicativus* quoque *aoristi* ut in activo et medio ita etiam in passivo saepe cum perfecto commutatur. H. F. 532 ἥκεις; ἐσώθης; Re ipsa non coactus poëta aoristo est usus, cum etiam perfectum verbi σώζειν saepe usurpet (§. 49). Sed concedendum est aoristum usurpari *potuisse,* ut nos dicere possumus *kommst du, wurdest du gerettet?* Nos tamen in omnibus eis actionibus quibus relatio aliqua cum praesenti tempore esse videtur, verbi quoque forma eam relationem significare solemus, Graeci malunt temporibus praeteritis uti, simpliciter res gestas narrantes neque significantes illam relationem, quae sit praeteritae actioni cum praesenti tempore.

Her. 14 καὶ πόλις μὲν οἴχεται Ψυχὴ δ᾽ ἐσώθη.

H. F. 69 καὶ νῦν ἐκεῖνα μὲν θανόντ᾽ ἀνέπτατο. cf. Alc. 421. B. 1329 ὁρᾷς δὲ τἄμ᾽ ὅσῳ μετεστράφη. Hip. 955 ἐπεί γ᾽ ἐλήφθης *da du überführt worden bist* non *überführt bist.* 1389 οἵαις ξυμφοραῖς συνεζύγης. Hel. 255. Andr. 98.

A, β.

§. 56. In omnibus his de quibus egimus perfectis *status* significatur *qui praesenti tempore,* i. e. tempore quo loquitur is qui edit verba, *extat* profectus ex actione priore tempore facta. Quod imprimis cernitur in exemplis infinitivi, cf. Andr. 964 ἀπηλλάχθαι θέλεις οἴκων *vis esse in eius statu qui absit, qui effugerit.* Indicativum eodem modo explicandum esse scimus, quamquam non omnibus aeque aperte

docetur exemplis. Cf. I. A. 363 (quem nescio quo iure Nauckius versum damnat) πέμπεις ἔχων σῇ δάμαρτι παῖδα δεῦρο ἀποστέλλειν
κᾆθ' ὑποστρέψας λέληψαι μεταβαλὼν ἄλλας γραφάς[1]).
El. 357 οὔκουν πάλαι χρῆν τοῖσδ' ἀνεπτύχθαι πύλας.

Quam loquendi rationem qua *status qui actione efficitur leviter tantum significata ipsa actione ante oculos ponitur,* apparet eo magis alacrem esse et vividam, quo magis abest a simplicis sermonis ratione, qua non *status* sed *actionis* significationem expectamus. Ad quem usum spectant quaedam memoratu non indigna, quae, cum omnia ex ipso illo perfecti usu simpliciter sint nata, recte hic sequuntur, neque iure a ceteris perfectis discernuntur a quibusdam [2]), quasi sequantur novum plane perfecti usum: ea dico exempla in quibus *perfectum* videtur usurpatum *pro futuro vel futuro exacto.*

A, β, a.

§. 57. Futurum tempus et quae actiones futurae cogitantur apud omnes fere populos saepe non velut futura sed velut praesentia fingi solent. Quod ubi fit apud Graecos, pro futuro invenimus praesens, vel, ubi alacriore sermone opus est de qua re modo dixi, etiam perfectum; in significandis igitur eis rationibus temporalibus quae Latine futuro exacto enuntiantur, invenitur tempus aliquod actionem praeteritam simpliciter significans, aoristus vel imperfectum [3]). Id tamen saepe etiam fit, ut minus severe et constanter versetur lingua in temporum usu, ea ratione ut etsi in protasi inveniatur futurum, deinde tamen praeterita tempora sequantur.

Similis est res ubi *perfectum* usurpatur de statu futuro, fortius et alacrius quam futurum ipsum vel praesens: nam cum futurum fore ut res fiat indicet, praesens eam fieri, perfectum eam esse significat. Non eadem igitur est res si dicimus ἢν ταῦτα τολμήσῃς ἡμεῖς σωθη-

---

[1]) Similiter invenitur perfectum in apodosi sententiarum conditionalium (Euripidea vide §. 57). Plato Phil. 20 C καίτοι τοῦτ' ἐὰν ἐναργῶς ἡμῖν φανῇ νῦν, ἀπήλλακται ἡδονὴ τοῦ νικᾶν. Cf. Brock extr. dissert.

[2]) quod fecit Warsch. p. 41—47.

[3]) Her. 462 τάχ' ἂν γὰρ ἡμῖν ψευδές, ἀλλ' ὅμως κακὸν Γένοιτ' ὄνειδος ὡς ξένους προὐδώκαμεν. Sup. 298. 319. 563. I. A. 1384. Andr. 415. Her. 590. H. F. 568 Καδμείων δ' ὅσους κακοὺς ἐφεῦρον . . χειρώσομαι. I. A. 907. 938. 1017. 1395.

De *imperfecto* confer Hec. 51 τοὐμὸν μὲν οὖν ὅσονπερ ἤθελον τυχεῖν Ἔσται. Ion 411. I. A. 1180. fr. 1020 εὖ γὰρ τόδ' ἴσθι κεῖ σ' ἐλάνθανεν πάρος. (Cf. Plat. Phil. 12 B μάρτυρες ἂν εἶμεν ὡς ἔλεγες ἃ λέγεις.)

σόμεθα vel σωζόμεθα atque si perfecto usurpato dicimus, *si hoc conaberis nos salvi sumus*, eo scil. tempore quo illud factum erit.

Ita legimus I. A. 915 ἢν δὲ τολμήσῃς σύ μου
χεῖρ' ὑπερτεῖναι, σεσώσμεθ', εἰ δὲ μή, οὐ σεσώσμεθα.
Or. 940 εἰ δὲ δὴ κατακτενεῖτέ με
ὁ νόμος ἀνεῖται, κοὐ φθάνοι θνήσκων τις ἄν.
I. T. 984 ὡς τἄμ' ὄλωλε πάντα καὶ τὰ Πελοπιδῶν,
οὐράνιον εἰ μὴ ληψόμεσθα θεᾶς βρέτας. El. 686.
I. A. 1441 ΚΛ. τί δὴ τόδ' εἶπας, τέκνον; ἀπολέσασά σε
ΙΦ. οὐ σύ γε· σέσωσμαι, κατ' ἐμὲ δ' εὐκλεὴς ἔσει [1]).

§. 58. Quae tamen exempla rara sunt et interdum ambigua.
fr. 701 μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι
εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν.
Telephus haec dicit. τετληκέναι cum apud poëtas saepe praesentis notionem habeat, ita ut ad priorem ordinem referendum sit, hic quoque ita possit explicari. Cum vero nullum habeamus cognitum exemplum aliud Euripideum: eodem iure et maiore fortasse explicari posse censeo locum *si nunc ausus ero*. Verbum quoque λέγειν spectare videtur ad longiorem Telephi orationem quam incipiat his verbis et nunc sit dicturus.

Hel. 737 ἄγγειλον ἐλθὼν τοῖς λελειμμένοις φίλοις
τάδ' ὡς ἔχονθ' εὕρηκας,
verbum εὕρηκας minus ad praesens tempus spectet, quam ad illud quod erit cum res gestas narrabit nuntius.

§. 59. Atque ut in illis exemplis non tam actionem *futuram ad praesens tempus referimus* et velut praesentem fingimus quam potius, ut ita dicam, *tempore praesenti ad futurum relato tempus* ea quae tunc demum erunt praesentia non velut *iam nunc praesentia* sed velut *ipsi praesentes* enuntiamus: ita etiam in eis perfectis quae inducuntur per καὶ δή, animo cogitationem nostram transferimus ad illud tempus quo aliquid extabit.

Med. 386 καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις;

---

[1]) Minus aptus est ad explicandum eum usum locus Hec. 479 sqq. (quem locum laudat Warsch.) ubi de futuro tempore dicit Hecuba ἐγὼ δὴ κέκλημαι δούλα. κέκλημαι enim apud Graecos posteriores nihil valet nisi *vocor* sive ad prius nostrum sive ad alterum perfecti genus est referendum. Est igitur exemplum magis praesentis pro futuro usurpati, quae frequentissima sunt. Praeterea omnino dubitari potest dicatne de praesenti iam tempore Hecuba se δούλην κεκλῆσθαι.

mente circumspexit Medea de caede liberorum facienda: deinde, ubi quid sibi post eam sit faciendum cogitatura est, cogitationem transfert ad futurum tempus: καὶ δὴ τεθνᾶσι *fingamus nos esse in eo tempore quo mortui erunt.*

Hel. 1059 καὶ δὴ παρεῖκεν· εἶτα πῶς ἄνευ νεὼς
σωθησόμεσθα [1];

A, β, b.

§. 60. Non idem, sed similis est Graecorum usus quo statum aliquem *qui posteriore demum tempore extabit velut iam nunc extantem* enuntiant. Commoti enim est animi ut, qui res terribiles futuras esse scit neque quomodo vitari possint videt, eas res quamquam nondum sunt praesentes velut iam praesentes fingat. Quae figura cum tam familiaris sit animo humano, ut eandem omnibus fere in linguis inveniamus, apud Graecos quamquam usitatissima est, in perpaucis solum verbis invenitur. Nam praeter τέθνηκα ὄλωλα βέβηκα, quae perfecta hac ratione frequentissime usurpantur, dubito num alia exempla inveniantur [2]. I. A. 1353 διολώλαμεν, τέκνον. H. F. 1392 πάντες ἐξολώλαμεν. Hip. 1457 ὄλωλα γάρ, πατήρ. Hec. 784. Andr. 1176. Cycl. 194.

Hip. 1447 ὄλωλα καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας.
Andr. 334 τέθνηκα τῇ σῇ θυγατρί, καί μ᾽ ἀπώλεσε.
Tro. 289 βέβακα δύσποτμος, οἴχομαι.

οἴχομαι idem significat, saepe eodem modo ut hic usurpatum; H. F. 1187. Andr. 1177. Phoen. 1336.

§. 61. Ceterum non semper eadem vis mansit his perfectis. Nam cum Graeci qua erant animi alacritate vehementer amarent huius perfecti usum, usus frequentia attenuata et minuta est vis. Saepe enim τέθνηκα nihil aliud significat nisi *versor in eius conditione qui mortuus sit, sum quasi mortuus.* Ita legimus

Hip. 1408 ὄλωλα, τέκνον, οὐδέ μοι χάρις βίου.
Andr. 903 πανταχῇ δ᾽ ὀλώλαμεν. Cycl. 665.
Hec. 668 δέσποιν᾽, ὄλωλας, κοὐκέτ᾽ εἶ βλέπουσα φῶς.
431 τέθνηκ᾽ ἔγωγε πρὶν θανεῖν κακῶν ὕπο.

[cf. Aesch. Cho. 504, Brock p. 22 [3]]. Or. 1028.

---

[1] Vid. Pflugk ad eum locum.

[2] Ceterum notum est eadem ratione Graecos aoristo quoque uti solere (aoristus tragicus) qui non rarius quam perfectum usurpatur. Inveniuntur igitur eadem fere significatione ἀπόλωλα, ἀπώλεσάς με, ἀπωλόμεσθα.

[3] Poëta noster: *So bin ich vor dem tod den toten gleich.*

El. 687 τέθνηκα κἀγώ, μηδέ με ζῶσαν λέγε.
Med. 704 ὄλωλα, καὶ πρός γ' ἐξελαύνομαι χθονός.

A, γ.

§. 62. Egimus de perfecto statum indicante et qui tempore praesenti extat et qui futuro extabit: restat ut dicamus pauca de eo perfecto, quod usurpatur in eis sententiis ubi aliquid enuntiatur quod, cum omni tempore fieri possit, *in universum valet*, atque ubi, quamquam lingua quo id enuntiet uti debet aliquo eorum temporum, quae certam et definitam temporis rationem aliquam indicant, tempus est incertum et infinitum. Ad quas sententias enuntiandas omnium temporum aptissimum est praesens; aoristo vero vel futuro ubi gnomae enuntiantur, non sunt gnomae, quod quidem ad formam pertinet: nam actio generalis, quamquam valet omni tempore, non editur illis temporibus, aoristo vel futuro, velut semper repetita, sed ut semel facta sive iam peracta sive expectata.

Quo modo quasi pro lege et regula generali proponitur exemplum definitum. Namque ut aetatis iuvenilis est tam linguarum quam hominum proprium, magis valere exempla definita quam praecepta separatim et indefinite prolata, quod inde quoque cernitur quod pueri fabulas ipsas malunt legere et maiore cum fructu et delectatione legunt quam quae sequi solent sententias: sic etiam Graeci priscis imprimis temporibus quibus mens cogitatione et exercitatione nondum erat exculta ad virilitatem, sententias generales et comparationes velut singulas actiones proponere malebant.

Provecta autem aetate eae res paullatim mutatae sunt. Nam prout una cum lingua ipsa corroborata est mens populi et intellegentia, ita etiam paullatim recessit lingua ab aoristorum usu [1]), vel ubi assuefacta eis frequentia prioris usus retinuit eos, plerumque eodem modo intellexit ac si essent praesentia. Quo factum est ut, sicut praesens historicum aoristis intermixtum usurpari soleret nullo significationis discrimine, sic aoristus et praesens in gnomis una usurparentur vix habita aoristi genuinae significationis ratione.

§. 63. Iam vero redeamus ad perfectum. Quod ubicunque invenitur in gnomis non proprietate aliqua ut aoristus, sed eodem cum iure atque praesens tempus usurpatur, eandemque vim habet

---

[1]) Apud Homerum innumera inveniuntur exempla; apud Euripidem omnino circiter LX, apud Apollonium Rhodium quantum scio primo libro unum.

usumque servat atque alibi. Unde elucet eodem iure quo seorsim haec exempla exhibeantur fieri posse, ut ea dividas inter totam perfecti tractationem. Sed quoniam multi singulare aliquid his inesse censuerunt[1], adeo ut (cum Krügero Gr. Gr.) hoc perfectum *perfectum gnomicum* nominarint, quamquam eodem iure de praesente gnomico dicere poteris, haec perfecta hic in unum congessi.

Duo hic genera distinguuntur, eodem modo inter se diversa atque ea quae modo tractavimus: prius quo statum extare simpliciter significatur, alterum quo ad analogiam eorum quae diximus §. 56 sqq. pro actione qua status fit ipse status enuntiatur: id quod in vivido sermone et ubi sine ulla dubitatione significes aliquid futurum esse fieri solet.

A, γ, a.

§. 64. Hel. 272 καὶ τοῦτο μεῖζον τῆς ἀληθείας κακὸν
ὅστις τὰ μὴ προσόντα κέκτηται κακά.

Her. 1 πάλαι ποτ᾽ ἐστὶ τοῦτ᾽ ἐμοὶ δεδογμένον·
ὁ μὲν δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκ᾽ ἀνήρ. Cf. Sup. 85.

Hip. 1013 ἀλλ᾽ ὡς τυραννεῖν ἡδὺ τοῖσι σώφροσιν;
ἥκιστά γ᾽ εἰ μὴ τὰς φρένας διέφθορε
θνητῶν ὅσοισιν ἁνδάνει μοναρχία.

Confer Hec. 598 ὁ δ᾽ ἐσθλὸς ἐσθλὸς οὐδὲ συμφορᾶς ὕπο φύσιν διέφθειρε. Significat igitur hic locus: *nisi animum suum depravavit quicunque gaudet monarchia*[2].

fr. 336, 4 εἰ λογίζεσθαι θέλοις
ὅσοι δεσμοῖσιν ἐκμεμόχθηνται βροτῶν
ὅσοι τε γηράσκουσιν ὀρφανοὶ τέκνων.

---

[1]) Brock p. 41. Bernh. W. synt. p. 379 *aber eigentümlich ist die abweichung zur aoristischen bedeutung wie in einem schlichten praeteritum, zu der eine frequentative bestimmung einen übergang bildet, entnommen von der betrachtung dessen was in der gegenwart sich regelmässig widerholt; Il. π. 633 und unter den klassischen dichtern besonders die dramatiker, auch in einer zusammenstellung mit aoristen wie Aesch. Sept. 589* (610 Stanl.), *sogar Platon Prot. 328 B.* Ceterum perfectum ubi in gnomis invenitur una cum aoristis, non magis ea re fit tempus praeteritum quam praesens, quod et ipsum in gnomis aoristi synonymum est. Nam aoristus in gnomis Euripidis tempore desierat sentiri velut praeteritum tempus.

[2]) Sed verba ἥκιστα – μοναρχία spuria esse pluribus rebus docetur. Nam perversissimo modo Euripideque indigno enuntiatur sententia quae ipsa sententiarum nexui minime est apta, atque inutilis est in eo.

fr. 405 φεῦ. ὅσῳ τὸ θηλὺ δυστυχέστερον γένος
πέφυκεν ἀνδρῶν. ἔν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς
πολλῷ λέλειπται κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖς πλέον.

§. 65. 430 τὰ γὰρ μέγιστα πάντ᾽ ἀπείργασται
τόλμ᾽ ὥστε νικᾶν. οὔτε γὰρ τυραννίδες βροτοῖς
χωρὶς πόνου γένοιντ᾽ ἂν οὔτ᾽ οἶκος μέγας.

Continentur perfecto, quod pro cod. ἀπεργάζεται legitur, omnes magni hominum conatus usque ad hunc diem patrati[1]).

fr. 458 τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν
οὐδ᾽ ἀνδρὸς ἐστερήμεθ᾽, ἀλλὰ μυρίαι
τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν ὡς ἐγὼ βίον.

496 ἄλγιστόν ἐστι θηλὺ μισηθὲν γένος.
αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις
αἶσχος γυναιξὶν καὶ κεκοίνωνται ψόγον
ταῖς οὐ κακαῖσιν αἱ κακαί.

956 ὅστις δ᾽ ἀνάγκῃ συγκεχώρηκεν βροτῶν
σοφὸς παρ᾽ ἡμῶν καὶ τὰ θεῖ᾽ ἐπίσταται.

1051 εἰ τοῖς ἐν οἴκοις χρήμασιν λελείμμεθα
ἡ δ᾽ εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει.

Multo plura extant apud Euripidem exempla quorum alia quoque hic citari nihil refert. Id enim ex his iam exemplis satis elucet haec perfecta ne minime quidem diversa esse natura a prioribus.

A, γ, b.

§. 66. I. T. 605 τὰ τῶν φίλων
αἴσχιστον ὅστις καταβαλὼν εἰς ξυμφορὰς
αὐτὸς σέσωσται

qui amicorum rebus proditis ipse est salvus.

H. F. 190 ἀνὴρ ὁπλίτης δοῦλός ἐστι τῶν ὅπλων
καὶ τοῖσι συνταχθεῖσιν οὖσι μὴ ἀγαθοῖς
αὐτὸς τέθνηκε δειλίᾳ τῇ τῶν πέλας.

fr. 35 ἀεὶ τὸ μὲν ζῇ, τὸ δὲ μεθίσταται κακὸν
τὸ δ᾽ αὖ πέφηνεν αὖθις ἐξ ἀρχῆς νέον.

455 τίσασθε τήνδε, καὶ γὰρ ἐντεῦθεν νοσεῖ
τὰ τῶν γυναικῶν· οἱ μὲν ἢ παίδων πέρι
ἢ συγγενείας οὕνεκ᾽ οὐκ ἀπώλεσαν

---

1) Τόλμ᾽ ὥστε corruptum est pro quo cod. Vind. M τόλμα ὥστε, alii τόλμ[s], τόλμης. Scribendum videtur τολμῶσι, quod participium est referendum ad ἀνθρώποις.

κακὴν λαβόντες· εἶτα τοῦτο τἄδικον
πολλαῖς ὑπεῤῥύηκε καὶ χωρεῖ πρόσω.

A, δ.

§. 67. Warschauer p. 34: „Ut autem perfecto res describuntur atque depinguntur, sic etiam affirmatur verum esse quod accidit. Cum enim oporteat, si agitur de affirmando aliquo facto, me cognitum habere illud: quid est aptius, quidve veritati magis respondet, quae ipsa est perfecta, quam perfectis uti in rebus quae sunt gestae asseverandis?“ Deinde hoc addit: „sed non aperte et manifeste dicitur verum esse quod accidit, sed tecte quodammodo.“ Sed confer quae ipse in Curtium dicit, quem non recte intellexerat, p. 11: „at tali interpretationi facile poterit opponi, quidquid fiat sive praesente sive perfecto referatur, vere fieri“ et q. s. Quod in ipsius cadere interpretationem perfecti quisque videt. Neque qui utebantur perfecto eo magis quam alio tempore significare volebant rem quam narrabant vere factam esse, neque perfectum quia ita nominatur magis veritatem, quia ipsa est perfecta, potest significare. Non e nominibus illa perfecti vis fluit neque ex arbitrio hominum, sed e generali perfecti ratione.

Nam qui perfecto utitur significat rem non solum factam esse, sed etiam, quod ex ea efficiatur, nunc extare; aoristus illud solum indicat. Ita aoristus ἔδοξε legitur Or. 46 ubi minore opus est vi, ut in prologo, in quo esse solet mera ac simplex narratio. Item ἔδοξε Tro. 713 dubitanter dicit Talthybius, *narrans* aoristo, non praesente perfectove *confirmans*.

ἔδοξε τόνδε παῖδα — πῶς εἴπω λόγον;
Tro. 784 ὅθι σοι
πνεῦμα μεθεῖναι ψῆφος ἐκράνθη.
Hec. 220 ἔδοξ' Ἀχαιοῖς παῖδα σὴν Πολυξένην
σφάξαι πρὸς ὀρθὸν χῶμ' Ἀχιλλείου τάφου. Or. 858.

Sed perfectum legitur
B. 1350 αἰαῖ, δέδοκται, πρέσβυ, τλήμονες φυγαί.
Med. 1064 πάντως πέπρωται ταῦτα κοὐκ ἐκφεύξεται.

Etiam δέδοκται Med. 1236 (§. 50) fortius est quam ἔδοξε. Itaque dici poterit actionem quae et aoristo et perfecto indicari possit maiore cum vi et graviore modo perfecto significari. Nam perfectum actionem semper ad tempus praesens refert, aoristus simpliciter narrat. Atque cum quod narramus id accceperimus ab aliis

vel meminerimus, minor est eius fides: quod contra perfecto oculis subicitur, eius veritas eo magis urgetur. Qua re videmus non prorsus a vero aberrasse eum qui dicat perfectum significare *rem vere actam esse*, quamquam potius debuit dicere *perfecto veritatem rei magis urgeri.* Imprimis igitur apud oratores, ubi vehementius loquuntur, invenitur perfectum hoc modo usurpatum talibus in locis saepe, qualibus Euripides vel alii minime id usurpaturi fuerunt.

§. 68. Ex hac maiore perfecti vi explicandum erit quod saepius invenitur πέπρακται.

Hip. 778 φεῦ φεῦ· πέπρακται. βασιλὶς οὐκέτ' ἔστι δή.

Conferri etiam potest Her. 605, ubi usurpatur participium.

I. T. 1080 ἥξει τῆσδε κοίρανος χθονὸς
θυσίαν ἐλέγξων εἰ κατείργασται.

Hip. 680 φεῦ φεῦ· πέπρακται κοὐ κατώρθωνται τέχναι.

Paullo aliter est explicandus extremus locus qui nos traducet ad novam quandam significationis perfecti rationem. Verbum enim πέπρακται duabus rationibus potest intellegi: primum eadem atque ea exempla de quibus modo diximus, ita ut sententia sit *factum est, quod nunc videmus* (ἔστεμμαι *coronatus sum* = ἐστεμμένος εἰμί), deinde ita ut magis urgeatur quae notio inest perfecto *perfectae* actionis, suppleto καὶ οὐκ ἔτι πράσσεται. Eodem pertinere credo

Alc. 87 κλύει τις ἢ στεναγμὸν ἢ
χειρῶν κτύπον κατὰ στέγας
ἢ γόον ὡς πεπραγμένων;

ob es vollendet ist. Similiter

Phoen. 1330 δοκῶ δ' ἀγῶνα τὸν περὶ ψυχῆς, Κρέον,
ἤδη πεπρᾶχθαι παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.

Non multum interesse inter utramque perfecti notionem quivis videt; nam cuique perfecto utraque inest notio, quarum tum haec tum illa magis urgetur. Dicere etiam possumus ἔστεμμαι *coronatus (iam) sum* i. e. *coronandi finita est actio.* Perfectum igitur, quod rem non actam solum sed etiam actionem finitam esse significat, aptissimum redditur ad indicandas res peractas et finitas et quae mutari non possint: ad quam rem illustrandam nihil magis est aptum quam comparatio versus Med. 1236 cum Tro. 708 (§. 67).

§. 69. Alc. 132 πάντα γὰρ ἤδη τετέλεσται [βασιλεῦσι] [1])

---

[1]) A. Nauckio τετέλεσται uncis inclusum est, quae opinio nullo modo probari potest. Nam sensus omnino non inest lectioni huic; ut etiam metro magis satis-

πάντων δὲ θεῶν ἐπὶ βωμοῖς
αἱμόῤῥαντοι θυσίαι πλήρεις

omnia enim conati sunt, omnium ad finem venerunt, ita ut nunc nihil restet.

Verbum ἀφῖγμαι saepissime usurpari significatione *adsum* iam vidimus; idem verbum hac quoque ratione invenitur.

Hip. 284 εἰς πᾶν ἀφῖγμαι κοὐδὲν εἴργασμαι πλέον

omnia conatus sum, ut nihil iam supersit.

Her. 441 ποῖον δὲ γαίας ἕρκος οὐκ ἀφίγμεθα;

Hel. 405 Λιβύης τ' ἐρήμους τ' ἀξένους τ' ἐπιδρομὰς
πέπλευκα πάσας.

Eodem spectat qui vel maxime est idoneus ad hunc usum illustrandum locus

Hip. 1456 ἀλλὰ καρτέρει·
ΙΠ. κεκαρτέρηται τἄμ'· ὄλωλα γάρ, πατήρ.

vires recipe, fili. Hip. *finis mihi est impositus recipiendi vires.*

El. 357 οὐκοῦν πάλαι χρῆν τοῖσδ' ἀνεπτύχθαι πύλας;

Eodem modo *dicendi verba* interdum usurpantur in sermonum finibus, quo indicetur sermonem *esse finitum.* Ita Phoen. 1012. Or. 1203 post longiores orationes invenimus εἴρηται λόγος. Eodem referri potest

Med. 354 λέλεκται μῦθος ἀψευδὴς ὅδε.

Hec. 1283 ΑΓ. οὐκ ἐφέξετε στόμα;
ΠΑΜ. ἐγκλῄετ'· εἴρηται γάρ.

dubitari potest utrum dicere voluerit Polymestor *nam iam finivi orationem, omnia enim edixi* an *nam dicta sunt neque ea revocare poteritis.* Quamquam hoc probabilius videtur.

A, ε.

§. 70. Quod saepe eodem refertur *verbum* βέβηκα *absum,* iniuria in illorum perfectorum numero habetur. Nam cum in βέβηκε *abiit, abest* non suppleatur *neque nunc it, et nunc desiit ire,* sed mera narretur consecutio actionis eundi, absentia: videmus hoc perfectum eodem referendum esse quo omnia ea perfecta de quibus diximus §. 41 sqq. Aliud vero dignum in hoc verbo quod commemoretur:

fit eiecto βασιλεῦσι. Sequuntur duo paroemiaci; dimeter anap. acat.; paroemiacus. Eiecto ἐπὶ βωμοῖς et πλήρεις, quod fortasse eiciendum esse Nauck addit, etiam metro non consulitur, et fit hiatus post θυσίαι.

quod aoristo et perfecto usa est lingua non ut *diversitatem temporis* significaret, sed ut *notiones diversas* formarum discrepantia discerneret. Nam aoristus βῆναι usurpari solet notione *advenisse, venisse ad eum qui loquitur;* perfectum βεβηκέναι notione contraria *abiisse, abesse,* etiam *mortuum esse, periisse.*

Or. 971 βέβακε γὰρ βέβακεν, οἴχεται τέκνων
πρόπασα γέννα Πέλοπος.

Tro. 582. 835. 1145. Hel. 1613. I. T. 1289. Med. 439. Andr. 1022. 1027. 1061. Sup. 1139. 1140. H. F. 768. Alc. 392. 394. Ion 749. Hel. 605. Confer aoristos

Phoen. 153 ὃς ἐπ᾽ ἐμὰν πόλιν ἔβα πέρσων.
295 ἔβας ἔβας ὦ χρόνῳ γᾶν πατρῴαν.
1043 χρόνῳ δ᾽ ἔβα
Πυθίαις ἀποστολαῖσιν
Οἰδίπους ὁ τλάμων
Θηβαίαν τάνδε γᾶν.

I. T. 402 ἔβασαν ἔβασαν ἄμικτον αἶαν. Ion 171. I. A. 820.

§. 71. Cum vero lingua in hoc verbo diversas aoristi et perfecti notiones statuerit, non raro fit ut, sicut aoristus in locis illis plerisque eam rationem explet temporalem, quae est perfecti, ita etiam perfectum significans *abii, mortuus sum* interdum ibi usurpetur ubi aoristo potius sit locus.

Phoen. 861 βασιλεὺς μὲν οὖν βέβηκε κοσμηθεὶς ὅπλοις
ἤδη πρὸς ἀλκὴν Ἐτεοκλῆς Μυκηνίδα.
H. F. 621 βέβηκ᾽ Ἀθήνας νέρθεν ἄσμενος φυγών.

Maxime vero

H. F. 23 τὸ λοίσθιον δὲ Ταινάρου διὰ στόμα
βέβηκ᾽ ἐς Ἅιδου . . . ἔνθεν οὐχ ἥκει πάλιν

exemplum sane mirum, praesertim cum in prologo extet. Videtur tamen hoc in verbo ferri posse quod in aliis esset intolerabile. Confirmatur his quoque exemplis:

Tro. 616 ἄρτι κἀπ᾽ ἐμοῦ
βέβηκ᾽ ἀποσπασθεῖσα Κασάνδρα βίᾳ.

cf. Sup. 1039. 1043. Or. 1185. Hel. 1515.

Alc. 767 ἡ δ᾽ ἐκ δόμων βέβηκεν, οὐδ᾽ ἐφεσπόμην
οὐδ᾽ ἐξέτεινα χεῖρα.

§. 72. Non prorsus tamen desunt loci, in quibus ea de qua modo diximus significationis diversitas extare non videatur.

Sup. 1163 ὦ τέκνον, ἔβας. οὐκέτι φίλον
φίλας ἄγαλμ᾽ ὄψομαί σε ματρός [1]).

Perfecti exempla non sunt certiora neque frequentiora. Nam
Med. 765 νῦν καλλίνικοι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν, φίλαι,
γενησόμεσθα κεἰς ὁδὸν βεβήκαμεν

βεβήκαμεν non certum est hucne pertineat, an forte referendum sit ad ea perfecta de quibus priore parte locuti sumus, ita ut sit sententia καὶ εἰς ὁδὸν ἔβημεν καὶ ἐν αὐτῇ vel αὐτὴν βεβήκαμεν. Quae explicatio quamquam artificiosior sane est, alteri tamen ideo non postponenda est, quod haec perfecti βέβηκα *veni, adveni* significatio nullo alio testimonio firmatur.

Ad *composita* verbi βαίνω hanc notionis diversitatem non pertinere, vix est quod moneam.

Med. 56 ἐγὼ γὰρ εἰς τοῦτ᾽ ἐκβέβηκ᾽ ἀλγηδόνος. 229.
Hel. 1007 Κύπρις δέ μοι
ἵλεως μὲν εἴη, συμβέβηκε δ᾽ οὐδαμῶς

lectio num sit genuina vehementer est dubium. Ib. 622 συμβεβᾶσιν οἱ λόγοι *congruunt verba* fortasse ad prius genus perfecti referendum est exemplum.

B.

§. 73. Transeamus ab eis perfectis quae simplicissime explicantur, quippe quae statum praesentem clare indicent, ad ea quae *difficiliora sunt explicatu.* Cum enim contineat quodque perfectum eius particulae quam secundam fecimus duas rationes temporales coniunctas: actionem praeteritam et statum praesentem, non ubique omnis vis ponitur in statu praesenti obscurata actione praeterita, sed alia quoque sunt perfecti exempla in quibus, quamquam semper ad praesens tempus refertur actio praeterita, eius notio magis quasi vivat et urgeatur.

Quo primum pleraque activa pertinent, ea dico quae cum obiectis coniunguntur, deinde omnia ea perfecta quae actionis praeteritae aliquod additamentum exhibent. Atque ut, quod pertinet ad rationes solas temporales, perfecta intensiva mera sunt praesentia, deinde eis de quibus modo sumus locuti aliquid inest, quod referatur ad tempus

---

[1]) Quamquam totus ille locus vehementer est perturbatus.

praeteritum: ita his in exemplis praeteriti temporis notio adeo aucta exhibetur, ut hic tertium perfecti gradum praeparari et inchoari videamus, quo transit ad temporum praeteritorum notionem et usum.

Itaque cum primus perfecti gradus indicet actionem auctam fieri praesenti tempore, alter eam perfectam extare, tertius summam rei e praesenti ad praeteritum tempus transfert. βέβηκα *fortiter eo;* βέβηκα *abii absum;* βέβηκε τὸ λοίσθιον διὰ Ταινάρου πύλας εἰς Ἅιδου *abiit ad inferos,* describitur quo modo et quando ierit, eaque sola re perfectum hic ab aoristo differt, quod perfecto simul significatur eum nondum rediisse, quod aoristus quamquam non excluderet, tamen non aperte significaret. Posteriores etiam longius progrediuntur, ita ut saepe ea res qua actio praeterita refertur ad praesens tempus levissima sit: nam usurpare possunt illud τὸ λοίσθιον .. βέβηκεν εἰς Ἅιδου de Hercule etiam post eius reditum, sive adhuc vivit, ita ut relatio qua refertur actio praeterita ad praesens tempus eo contineatur, quod res gestae illius sunt propriae, sive adeo iam est mortuus et cum alacritate ea ob oculos ponitur ille qui res gessit, ut adhuc proprias eas possidere, earum gloria frui videatur.

Qui perfecti usus ut dixi posteriore demum tempore maximeque apud prosae orationis scriptores frequens est factus, et vix est quod moneam Euripidem non tam longe esse progressum in usurpando perfecto: nam ut iam saepe vidimus tanta cum cautione perfectum, tanto cum studio aoristum usurpat, ut multis in locis ubi in apertissima actionis praeteritae relatione cum praesenti tempore nullum aliud tempus aeque ac perfectum nobis aptum videatur, aoristo malit uti: qua re fit ut sine dubitatione profiteri possimus, Euripidem omnium Graecorum sive poëtarum sive aliorum scriptorum angustissimis circumscriptum habuisse perfecti usum finibus.

Ea vero exempla, quae apud eum extant, in quibus illa quae est praeteritae actionis notio paullo magis valeat et additamentis urgeatur, quamquam videbimus in omnibus fere summo cum iure usurpatum hoc tempus, hic ordine recensebo.

B, α.

§. 74. Simplicissimus omnium est usus eorum perfectorum quae, cum sint transitiva, *obiecta* secum habent: quamquam ita quoque additur additamentum aliquod ad notionem actionis praeteritae.

1.

B. 226 ὅσας μὲν οὖν εἴληφα, δεσμίους χέρας
σώζουσι πανδήμοισι πρόσπολοι στέγαις

quot cepi, in carcere sunt. Nihil obstat perfecto, quamquam capiendi actio priore tempore acta est: nam perfectum indicat illas a Pentheo iam teneri vinctas.

Phoen. 861 βασιλεὺς μὲν οὖν βέβηκε κοσμηθεὶς ὅπλοις . .
ἐμοὶ δ᾽ ἐπέσταλκ᾽ ἐκμαθεῖν σέθεν πάρα.
τί δρῶντες ἂν μάλιστα σώσαιμεν πόλιν

eodem iure dixit ἐπέσταλκα quo dicere potuit ἐπέσταλταί μοι.

Alc. 689 τί δῆτά σ᾽ ἠδίκηκα; τοῦ σ᾽ ἀποστερῶ;

quid mihi in te est commissum?

Sup. 228 τὸν οὐ νοσοῦντα κοὐδὲν ἠδικηκότα.

Med. 309 τί γὰρ σύ μ᾽ ἠδίκηκας; ἐξέδου κόρην
ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν

ubi recte perfectum, recte etiam aoristum usurpatum invenimus.

Hip. 22 ἃ δ᾽ εἰς ἔμ᾽ ἡμάρτηκε, τιμωρήσομαι...
320 Θησεὺς τίν᾽ ἡμάρτηκεν εἰς σ᾽ ἁμαρτίαν;

Or. 875 τί καινὸν Ἄργει; μῶν τι πολεμίων πάρα
ἄγγελμ᾽ ἀνεπτέρωκε Δαναιδῶν πόλιν

scil. ἡ γὰρ πόλις ἐστὶν ἀνεπτερωμένη [1]).

Hip. 1160 τί δ᾽ ἔστι; μῶν τις συμφορὰ νεωτέρα
δισσὰς κατείληφ᾽ ἀστυγείτονας πόλεις;

Tro. 350 οὐδέ σ᾽ αἱ τύχαι, τέκνον,
σεσωφρονήκασ᾽, ἀλλ᾽ ἔτ᾽ ἐν ταὐτῷ μένεις.

1126 αὐτὸς δ᾽ ἀνῆκται Νεοπτόλεμος, καινάς τινας
Πηλέως ἀκούσας συμφοράς, ὥς νιν χθονὸς
Ἄκαστος ἐκβέβληκεν ὁ Πελίου γόνος.

I. T. 534 οὔπω νενόστηκ᾽ οἶκον adiuvatur perfecti sensus adiecta negatione; significat enim non tam *nondum rediit*, quam *nondum regressus domi commoratur.*

Hec. 1024 οὔπω δέδωκας, ἀλλ᾽ ἴσως δώσεις δίκην.

§. 75. Med. 225 ἐμοὶ δ᾽ ἄελπτον πρᾶγμα προσπεσὸν τόδε
ψυχὴν διέφθαρκεν

ἄελπτον προσπεσόν non est praedicative ad verbum additum, sed attributive ad vocem πρᾶγμα.

---

1) Non tamen certa scriptura: nam Ald. et schol. Florr. exhibent ἀνεπτέρωσε non minus recte et Euripidi familiarius.

349 αἰδούμενος δὲ πολλὰ δὴ διέφθορα.
534 μείζω γε μέντοι τῆς ἐμῆς σωτηρίας
εἴληφας ἢ δέδωκας, ὡς ἐγὼ φράσω.
El. 952 ἔρρ', οὐδὲν εἰδὼς ὧν ἐφευρεθεὶς χρόνῳ
δίκην δέδωκας [1]).
I. A. 583 de Paride ὃς τὰς Ἑλένας
ἐν ἀντωποῖς βλεφάροισιν
ἔρωτα δέδωκας
ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης.
Med. 695 ἦ που τετόλμηκ' ἔργον αἴσχιστον τόδε;

Aegeus e Medea quaerit. Difficile est dictu qua re perfectum ab aoristo sit diversum: nisi tibi videtur illud ut fortius magis esse indignantis et mirantis.

Sup. 1232 ὅρκια δῶμεν
τῷδ' ἀνδρὶ πόλει τ'· ἄξια δ' ἡμῖν
προμεμοχθήκασι σέβεσθαι.

§. 76. Andr. 272 οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξεύρηκέ πω
κακῆς.

Hoc in exemplo perfectum usurpatur quo significetur actio quae, cum fieri potuisset universo tempore quod est praeterlapsum usque ad hunc diem, hodie nondum extat unquam facta; aoristus potius narraret eam actionem quae uno certo tempore agenda fuisset nullo esse factam. Eodem referendum est:

Hec. 1178 εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν κακῶς
ἢ νῦν λέγων τις ἔστιν ἢ μέλλει λέγειν
ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω.

Non de actione enuntiandi praeterita sed de λόγοις nunc extantibus, ad hoc usque tempus pronuntiatis, in unum omnes comprehendens poëta loquitur.

Med. 716 εὕρημα δ' οὐκ οἶσθ' οἷον εὕρηκας τόδε.
Her. 535 εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ' ἐγὼ
κάλλιστον εὕρηκ'· εὐκλεῶς λιπεῖν βίον.
Hel. 1512 ἄναξ, κάκιστα τἂν δόμοις εὑρήκαμεν [2])

---

[1]) εἰδὼς ὧν corruptum est, pro quo Nauck vult ἐλεῶ σ' ὧν. Malim ἔρρ', οὐδὲν εἶ· (*i, pravissime, nichtswürdiger;* saepe ita apud Euripidem) τῶν σῶν ἐφευρεθεὶς χρόνῳ Δίκην δέδωκας *tuorum flagitiorum, quamquam tarde, luisti poenam.*

[2]) Cod. τὰ κάκιστ' ἐν δόμοις .. laeso metro. Nauck eicit verba, Matthiae correxit ut ea scripsi, alii alio modo sanare studuerunt.

i. e. κάκιστά ἐστι τὰ ἐν δόμοις, ὡς εὑρήκαμεν.

Hip. 79 ὅστις διδακτὸν μηδέν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν εἰς τὰ πάνθ' ὁμῶς.

El. 668 σὸν ἔργον ἤδη. πρόσθεν εἴληχας φόνου

coniungendum est τοῦ πρόσθεν φόνου. I. T. 914. Tro. 31 [1]).

El. 905 ἀσπόνδοισι γὰρ
νόμοισιν ἔχθραν τῷδε συμβεβλήκαμεν

inimicitia ἀσπόνδ. νόμ. συμβληθεῖσα inter nos et illum intercedit.

Alc. 615 σώφρονος γυναικὸς ἡμάρτηκας

cares uxore. Cf. 824 οἵας ἤμπλακες ξυναόρου.

B. 206 οὐ γὰρ διῄρηχ' ὁ θεὸς εἴτε τὸν νέον
εἰ χρὴ χορεύειν εἴτε τὸν γεραίτερον.

Hel. 461 Αἴγυπτος; ὢ δύστηνος, οἷ πέπλευκ' ἄρα.

§. 77. Or. 677 ταῦτ' εἰς σὲ δάκρυα καὶ γόους καὶ ξυμφορὰς
εἴρηκα κἀπήτηκα τὴν σωτηρίαν [2]).

Cur hic perfecto usus sit poëta, non ita aperte ante oculos ponitur. Perfectum enim hic non tam vulgari modo usurpatur quo significetur actionem loquendi esse finitam, et dicta esse verba, sed potius ob maiorem vim, quae est perfecto, describitur actio hoc tempore, quo dicat Orestes eundem se esse cuius sint haec verba et obsecrationes. Nam Orestes cum multa forti viro indigna petierit a Menelao addit: *hic idem sum ego qui haec abs te petierim: quod fateri me non pudet, cum aliud non sim sectatus ac quod omnes sectantur.* Simili modo ut hic perfecta verborum dicendi saepe usurpantur liberiore usu.

§. 78. Hip. 608 τί δ', εἴπερ ὡς φῂς μηδὲν εἴρηκας κακόν;

Hel. 306 Ἑλένη, τὸν ἐλθόνθ' ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος
μὴ πάντ' ἀληθῆ δοξάσῃς εἰρηκέναι.

H. F. 1248 εἴρηκας ἐπιτυχόντος ἀνθρώπου λόγους.

Ceterum Euripides alibi dicere solet λέγεις, ἔλεξας, φῄς, εἶπας, similia.

B. 216 κλύω δὲ νεοχμὰ τήνδ' ἀνὰ πτόλιν κακά,
γυναῖκας ἡμῖν δώματ' ἐκλελοιπέναι.

---

[1]) Ceterum ἔλαχον multo familiarius poëtae. Cf. Tro. 243 sqq. κατ' ἄνδρ' ἑκάστη κοὐχ ὁμοῦ λελόγχατε (perfectum non de *ratione* sortiendi sed de *statu*) τίς ἄρα τίς ἔλαχε; τοὐμὸν τίς τίς ἔλαχε τέκος; Hec. 377. I. T. 864. Sup. 1077.

[2]) Interpungendum est post λέγω, ante versum 677, neque ut editores faciunt post eum versum.

Or. 390 τὸ σῶμα φροῦδον, τὸ δ' ὄνομ' οὐ λέλοιπέ με.
Tro. 452 ἐκλέλοιπα δ' ὁρτὰς αἷς πάροιθ' ἠγαλλόμην.
Hip. 52. Andr. 37. El. 609 (§. 47). I. A. 1099 Ion 512.

Ion. 556 ἐκπεφεύγαμεν τὸ δοῦλον.
Or. 1369 Ἀργεῖον ξίφος ἐκ θανάτου πέφευγα.
1506 ποῦ 'στιν οὗτος, ὃς πέφευγεν ἐκ δόμων τοὐμὸν ξίφος;
Alc. 956 ἀλλ' ἣν ἔγημεν ἀντιδοὺς ἀψυχίᾳ
πέφευγεν Ἅιδην
illa prodita ipse salvus est. Hec. 345. B. 642. Hel. 1622.

§. 79. Or. 209 μὴ κατθανών σε σύγγονος λέληθ' ὅδε.
Hel. 1174 πέπυσμαι φανερὸν Ἑλλήνων τινὰ
εἰς γῆν ἀφῖχθαι καὶ λεληθέναι σκοπούς.
Ion 67 Λοξίας δὲ τὴν τύχην
εἰς τοῦτ' ἐλαύνει κοὐ λέληθεν ὡς δοκεῖ.
I. e. ἡ τύχη ἡμᾶς οὐ λέληθεν. Alc. 58. H. F. 985.

B. 434 πάρεσμεν τήνδ' ἄγραν ἠγρευκότες.
Sup. 872 τὸν δὲ δεύτερον λέγω
Ἐτέοκλον, ἄλλην χρηστότητ' ἠσκηκότα.
Cycl. 282 οὗτοι, πόνον τὸν δεινὸν ἐξηντληκότες.

2.

§. 80. In *mediorum* exemplis cum obiectis coniunctorum saepissime invenitur κέκτημαι *possideo, comparatum habeo.*

B. 201 πατρίους παραδοχὰς ἅς θ' ὁμήλικας χρόνῳ
κεκτήμεθ', οὐδεὶς αὐτὰ καταβαλεῖ λόγος.
El. 1001 ἐγὼ δὲ τάσδε, Τρῳάδος χθονὸς
ἐξαίρετ', ἀντὶ παιδὸς ἣν ἀπώλεσα
σμικρὸν γέρας, καλὸν δὲ κέκτημαι δόμοις.
Or. 267 τίν' ἐπικουρίαν λάβω
ἐπεὶ τὸ θεῖον δυσμενὲς κεκτήμεθα;
1204 ὦ τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη.
H. F. 1302 βίον γ' ἀχρεῖον ἀνόσιον κεκτημένοι.
fr. 421 κέκτησο δ' ὀρθῶς ἂν ἔχῃς ἄνευ ψόγου.

Phoen. 892. Or. 1109. — Ceterum hoc perfectum non adeo ad praesentis notionem transiit ut videtur, si vertimus *possideo:* nam non aliter atque ceteris perfectis huic formae inest notio actionis

praeteritae cuius eventus cernitur. Quod nulla magis re probatur quam quod, ubi nos perfectum expectamus, ibi hoc quoque in verbo aoristus saepe invenitur, cf. H. F. 339 μάτην ἄρ' ὁμόγαμόν σ' ἐκτησάμην. Phoen. 687 (ubi optimi libri non recte habent ἐκτίσαντο).

§. 81. Congruit cum hoc verbo πεπᾶσθαι.

H. F. 1425 ὅστις δὲ πλοῦτον ἢ σθένος μᾶλλον φίλων
ἀγαθῶν πεπᾶσθαι βούλεται, κακῶς φρονεῖ.

Andr. 639 κύδιστον βροτοῖς
πένητα χρηστὸν ἢ κακὸν καὶ πλούσιον
γαμβρὸν πεπᾶσθαι καὶ φίλον· σὺ δ' οὐδὲν εἶ.

Ion 674 κἂν τοῖς νόμοισιν ἀστὸς ᾖ, τό γε στόμα
δοῦλον πέπαται κοὐκ ἔχει παῤῥησίαν.

Or. 1179. fr. 52.

Aliorum verborum extant exempla

Hel. 1173 καὶ νῦν πέπυσμαι φανερὸν Ἑλλήνων τινὰ
εἰς γῆν ἀφῖχθαι.

I. A. 425 πέπυσται στρατός. Hel. 1076. Alc. 70.

Hel. 1517 Μενέλαος αὐτὴν ἐκπεπόρθμευται χθονός.

B. 1273 ὡς ἐκλέλησμαί γ' ἃ πάρος εἴπομεν.

188 ἐπιλελήσμεθ' ἡδέως γέροντες ὄντες. Phoen. 850.

3.

§. 82. Rem non inutilem me facturum esse credo si, quo magis appareat inter *aoristum* et *perfectum* linguae saepissime nihil videri interesse, appositis comparationis causa quibusdam aoristi exemplis ostendam Euripidem omnibus eis in locis in quibus perfecto usus sit vel uti potuerit (praeter perfecta prioris generis), aoristo et uti potuisse et saepissime usum esse. Nulla enim re magis illustratur usus formarum grammaticarum quam adhibitis eis linguae subsidiis, quibus idem vel simile quid significari potuit. Quod tum hic illic iam feci, tum hoc loco paucis instituam.

Atque quae sint rationes aoristi notionisque diversitates quibus a perfecto discernitur, id iam supra satis dixisse mihi videor: ubi dixi falsam esse opinionem eorum qui credant aoristum interdum plane idem esse atque perfectum, sed *saepissime non esse cur non utrumque tempus sententiae edicendae aptum sit.* Quod in eis iam satis perspicitur verbis de quibus dixi §. 41. 42. 44. 45. 46. 47. 54. 55. Talibus vero in locis qualis est I. A. 327 ποῦ δὲ κἄλαβές νιν aoristus legitimus est, quamquam nos Germani perfecto malumus

uti. Atque cum apud Euripidem similia perfecti quoque exempla inveniantur, rara tamen et singularia sunt: de quibus infra locuturi sumus.

§. 83. Verba quibus indicatur *sensibus aliquid percipi* rarissime inveniuntur usurpata tempore perfecto, res haud mediocriter apta ad illustrandum Euripideum usum.

ἀκήκοα non invenitur; cf. aoristum I. A. 365. Ion 273. El. 682. 747. 753. 1124. Hip. 602. 712. Hec. 1036. ἔκλυον B. 573. I. A. 897. Tro. 1325. ἀκούω Alc. 273. Hel. 99. Tro. 222. cf 216. ἀΐω Hec. 175. κλύω I. A. 895. El. 752. B. 216 etc.

ἑώρακα item non inveni, pro quo ὁρῶ B. 680. 1063. Or. 871. 879. Hel. 118. Aoristus εἶδον saepissime legitur. Passivum aoristi Or. 740 χρόνιος (ἀφίκετο)· ἀλλ᾽ ὅμως τάχιστα κακὸς ἐφωράθη φίλοις [1]).

ξυνῆκα eodem modo perfrequens. Or. 434. Phoen. 744. El. 260. Cycl. 447. Perfectum non inveni. ἐδάην Phoen. 819. προσῃκάμην El. 622.

Pro ᾔσθημαι (§. 21) Euripides dicere solet ᾐσθόμην B. 178. 605. Alc. 715. Or. 1311. Hel. 653. Andr. 72. 1048.

Solum verbum ἔγνωκα saepius usurpatur a poëta. B. 1346 ἐγνώκαμεν ταῦτα. Alc. 1080 ἔγνωκα καὐτὸς. I. T. 934. Med. 34. El. 938. Andr. 815. Cf. ἔγνως Or. 1131. Hel. 565. Med. 64 912. Hec. 688. Andr. 883. 920. Ion 1115. El. 617.

§. 84. Perfecti vices excipere solet aoristus eis in verbis, quorum *perfecta remanserunt in usu intransitivo,* ut in πείθω (B. 255.) φαίνω (Hip. 367) μαίνω vel μένω (I. A. 580 [2]). Ion 520 ἔμηνε). Item in verbis *gignendi* perfecto activi transitivo substituitur aoristus ἔφυσα, ἐφύτευσα, ἔτεκον (etiam ἔτικτον et τίκτω), ἐγεινάμην, ἔσπειρα; nusquam perfectum. *Verba nominandi:* ὠνόμασα (ὠνόμαζον quoque persaepe), ὄνομα ἐθέμην, ἐκλήθην interdum; *dicendi* praeter quaedam verbi εἴρηκα exempla, ubi praeter aoristum qui extat innumeris in locis etiam invenitur φής, λέγεις, σημαίνεις H. F. 1230, imperfecta ἔλασκε, ἠγόρευε, ἔφραζες, ηὔδα, ἔφασκε. *Mittendi* verba: ἔπεμψα B. 435. 442. I. T. 977. Med. 1285. Sup. 23. ἔπεμπε I. T. 335. πέμπει praesens saepissime ut Her. 136.

---

[1]) Pro ὅμως scribendum videtur ὅπως. Nam χρόνιος non opponitur eis quae sequuntur.

[2]) Codd. ἔμενε, pro quo Herm. ἔμηνε. Haud scio an sit scribendum ἔμεινε.

§. 85. Exempla his addo pauca *variorum verborum* ubi aoristus eodem modo usurpatur.

Phoen. 1662 ἔκριν᾽ ὁ δαίμων, παρθέν᾽, οὐχ ἃ σοὶ δοκεῖ.
ANT. κἀκεῖνο κέκριται (§. 67).
H. F. 830 ἐπεὶ δὲ μόχθους διεπέρασε.
B. 825 Διόνυσος ἡμᾶς ἐξεμούσωσεν τάδε.
Or. 765 Στρόφιος ἤλασέν μ᾽ ἀπ᾽ οἴκων.
Tro. 136 ἐμέ τε τὰν μελέαν Ἑκάβαν
εἰς τάνδ᾽ ἐξώκειλ᾽ ἄταν.
Hip. 616 ὦ Ζεῦ, τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν
γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας;

ib. 817. Hel. 1379. Med. 363. Andr. 1172. Ion 775.

De eis verbis quorum praesentia saepe nostrorum perfectorum vices suscipiunt, velut οἴχομαι, στερίσκομαι, πέμπω, δίδωμι, φεύγω, νικάω, disputare huius non est loci: nam quod eis inest memorabile, non est usus praesentis pro perfecto vel pro aoristo, sed significationes verborum latius patentes quam nostrorum. Quamquam id quidem dubitari non potest, quin his quoque formis aliquid momenti fuerit in constituendis finibus perfecti, qui coarctati et angustius circumscripti sunt variis formis, quibus eaedem sententiae possent describi.

B, b.

§. 86. Atque haec hactenus. Restant ea exempla quae, cum additum eis sit *additamentum* aliquod, plerumque *adverbium*, aoristi usui proxima sunt Sed ut iam ex omni usu perfecti Euripidei nunc cognitum habemus perfectum non esse propensum ad usum praeteritorum temporum, sic videbimus omnibus his quoque in locis (quamquam sane negari non potest eos ad aoristi usum propius accedere) perfectum aliud significare atque aoristum et plerumque summo iure usurpari. Diversitas tamen exemplorum quaedam et transitus spectatur: nam cum multis in locis ante oculos sit positum cur perfectum, non aoristus, sit usurpatum, in aliis usu et consuetudine lingua eo progressa est, ut difficile sit genuinam perfecti vim in eis invenire.

1.

§. 87. Huius quidem exempli ἀλλὰ πῶς ἠλευθέρωσαι facile cernitur differre sensum a πῶς ἠλευθερώθης B. 613: quae discrepantia etiam clarior cernitur si comparamus ἀλλὰ πῶς ἠλευθερωμένος

εἶ et ἀλλὰ πῶς ἠλευθερώθης. Nam illud significat *quid est quod es liberatus? quo fit ut sis* ἠλευθερωμένος τις; nam πῶς pertinet ad εἶ; hoc enuntiat *quomodo liberatus es? quomodo factum est ut liberareris?*

Sed ea notionis differentia non ubique tam aperte cernitur. Nam potest etiam πῶς arcte coniungi cum ἠλευθερωμένος: *ein wie befreiter bist du?* quod a sententia aoristi *wie bist du befreit worden* difficile dignoscitur. Interdum tamen clarius apparet esse discrimen. Cycl. 557 πῶς οὖν κέκραται; non quaerit Silenus de ratione miscendi *(wie wurde er gemischt?)* sed de modo mixti πῶς κεκραμένος ἐστί, *(wie ist er gemischt, wie ist die mischung?).* Eodem modo aliquid interesse inter aoristum et perfectum aliis quoque in locis cernitur.

Her. 1 πάλαι ποτ᾽ ἐστὶ τοῦτ᾽ ἐμοὶ δεδογμένον

non: *olim hoc mihi est persuasum;* sed *iam diu hoc habeo persuasum.* Sed cum eodem modo aliud sit τίνι μοίρᾳ ἔθανε et τέθνηκε *quo fato factum est ut moreretur* et *quo fato factum est ut sit mortuus,* facile est intellectu hanc differentiam nihil fere ad rem facere et saepissime ne animadversam quidem fuisse.

§. 88. Hoc ex usu ortum est ut fines excederet perfectum.

Nam quid facilius erat quam ad exemplum τίνι μοίρᾳ τέθνηκε, quod saepe nil aliud significat atque τίνι μοίρᾳ ἔθανε, fingere alia exempla, velut Or. 69 ὧν ὑπ᾽ Ἰλίῳ παῖδες τεθνᾶσι? Hic sane excessit fines lingua iustos perfecti; est hic linguae error, sed qui possit excusari. Ceterum animadvertendum est talia exempla rarissima inveniri, et numquam extare nisi in quibusdam verbis in quibus consuetudine longius producta est lingua.

Hel. 455 ὦ δαῖμον, ὡς ἀνάξι᾽, ἠτιμώμεθα.

Quod exemplum hic non posui nisi quo doceam quam recte saepe usurpetur perfectum, cum additamentum sit additum. Nam ὡς ἀνάξια non spectat ad *actionem, quomodo sit acta,* sed ad *statum in quo sit praesenti* ἡ ἠτιμωμένη [1]) Eodem pertinet

Med. 497 ὡς μάτην κεχρώσμεθα
κακοῦ πρὸς ἀνδρός, ἐλπίδων δ᾽ ἡμάρτομεν.

El. 981 οὐδ᾽ ἂν πιθοίμην εὖ μεμαντεῦσθαι τάδε.

i. e. *bene se habere hoc responsum oraculi,* non *hoc responsum iuste et recte esse datum.*

---

1) Qui versus eodem referendus videtur I. A. 942 θαυμαστὰ δ᾽ ὡς ἀνάξι᾽ ἠτιμασμένη rectissime a Nauckio damnatur.

Med. 364 κακῶς πέπρακται πανταχῇ, τίς ἀντερεῖ;
El. 1049 λέγ', εἴ τι χρῄζεις, κἀντίθες παῤῥησίᾳ,
ὅπως τέθνηκε σὸς πατὴρ οὐκ ἐνδίκως:

Demonstra patrem tuum non iure esse inter mortuos locus est vertendus, e vulgari et severiore perfecti significatione. Possit tamen etiam Euripides non tam hoc dicere voluisse, quam idem quod aoristus ἔθανε significaret; τέθνηκα enim tam saepe similibus in locis usurpatum est, ut consuetudo quaedam fieret coniungendi perfecti huius etiam cum adverbiis. Eodem igitur fortasse modo haec verba intellecta sint ac si scriptum fuerit ὡς τέθνηκε οὐ δικαίως θανών. Similia dicas de his exemplis:

Alc. 433 ἀξία δέ μοι
τιμᾶν, ἐπεὶ τέθνηκεν ἀντ' ἐμοῦ μόνη.
Med. 1134 δὶς τόσον γὰρ ἂν
τέρψειας ἡμᾶς, εἰ τεθνᾶσι παγκακῶς

i. e. εἰ τεθνᾶσι παγκακῶς θανόντες.

I. T. 548 τέθνηχ' ὁ τλήμων, πρὸς δ' ἀπώλεσέν τινα.
ΙΦ. τέθνηκε; ποίᾳ συμφορᾷ; τάλαιν' ἐγώ.

scil. θανών; *Ist er tot? durch welchen unfall?* (scil. *ist er gestorben?*)

Med. 1309 παῖδες τεθνᾶσι· χειρὶ μητρῴᾳ σέθεν

scil. θανόντες. Ita enim interpungendum videtur.

Tro. 40 ἥ παῖς μὲν ἀμφὶ μνῆμ' Ἀχιλλέως τάφου
λάθρᾳ τέθνηκε τλημόνως Πολυξένη.

Quo in exemplo multo longissime progressa est lingua.

879 ποινὰς ὅσων τεθνᾶσ' ἐν Ἰλίῳ φίλοι.
Or. 1027 ἅλις ἀπ' Ἀργείας χερὸς τέθνηχ' ὁ τλήμων.

Commemorari hic etiam possunt exempla, quae dedi s. v. πέφυκα (§. 44) et ἀφικνέομαι (§. 46), ubi additur interdum *unde*, vel *quo*. Sed non progrediuntur tam longe. Maxime huc spectant exempla verbi βέβηκα (§. 70 sqq.), quae vide.

§. 89. Praeter ea exempla paucissima sunt alia, imprimis

Phoen. 1354 πῶς καὶ πέπρακται διπτύχων παίδων φόνος
ἀρᾶς τ' ἀγώνισμ' Οἰδίπου;

Inter ea verba quae ad praeteritorum usum paullo propius accedunt perfecta quoque *verborum dicendi* videntur esse.

Sup. 332 τῷδέ τ' εἴρηκας καλῶς κἀμοί.
Her. 117 τἄλλα δ' εἴρηται μάτην.
I. A. 400 ταῦτά σοι βραχέα λέλεκται καὶ σαφῆ καὶ ῥᾴδια.
Her. 333 σοί τ' εὖ λέλεκται. Phoen. 1625. I. A. 1207.

Sed haec multo faciliora sunt eis de quibus supra diximus exemplis, et explicanda sunt simpliciter τὰ λελεγμένα σοι καλῶς ἔχει, εὖ ἔχει etc.

2.

§. 90. Quibus in locis *particula tempus locumve indicans* coniungitur cum perfecto, ei omnes tales sunt, in qualibus omisso adverbio perfecto esset locus, ideoque vel explicari vel excusari potest perfecti usus. Nihil offensionis est in

Or. 40 ἐξ ὅτου σφαγαῖς
θανοῦσα μήτηρ πυρὶ καθήγνισται δέμας

i. e. *e quo tempore matris corpus est* καθηγνισμένον τι.

El. 793 ἀρτίως ἡγνίσμεθα
λουτροῖσι καθαροῖς ποταμίων ῥείθρων ἄπο.

ἀρτίως ἡγνίσθαι una est notio, significatur non *actio expiandi* sed *status expiati*, et quidem ἀρτίως *expiati*. Eodem modo quae sequuntur λουτροῖσι — ἄπο coniungenda cum perfecto.

Cycl. 637 χωλοί γ' ἀρτίως γεγενήμεθα

claudi sumus, et id quidem ἀρτίως γενόμενοι.

El. 1070 νέον τ' ἀπ' οἴκων ἀνδρὸς ἐξωρμημένου
ξανθὸν κατόπτρῳ πλόκαμον ἐξήσκεις κόμης

cum vir tuus esset νέον ἐξωρμημένος τις, *cum absentia eius nova esset .. tu capillum ornabas.*

H. F. 501 καίτοι κέκλησαι πολλάκις

paulo aliud est atque ἐκλήθης, nam illud significat *es in statu eius qui sit saepe-vocatus (neque venis)*, hoc esset *saepe factum est ut vocareris (neque unquam venisti).*

Locus actionis ubi indicetur, ut Tro. 40 (§. 88), hi sunt loci.

Hel. 226 ὁ δὲ σὸς ἐν ἁλὶ κύμασί τε λέλοιπε βίοτον

i. e. λέλοιπε βίον, θανὼν ἐν κύμασι.

Andr. 652 οὖσαν μὲν ἠπειρῶτιν, οὗ πεσήματα
πλεῖσθ' Ἑλλάδος πέπτωκε δοριπετῆ νεκρῶν

ubi iacent corpora. Uterque locus simillimus eis in quibus exhibetur τέθνηκα (§. 88).

3.

§. 91. In omnibus de quibus egimus perfectis causa qua perfectum usurpatur est, quod status qui ex actione proficiscitur ipse nunc adhuc extat. ὅσας εἴληφα *quot captivae sunt* ληφθεῖσαι ὑπ' ἐμοῦ. τέθνηκεν ἐν Τροίᾳ *apud inferos est, mortuus in Troade.* Eadem in

πῶς καὶ πέπρακται est perfecti usurpati causa. Sed interdum etiam actio aliqua praeterita tantum solum ad praesens tempus pertinet, quod *subiectum* quod eam egit adhuc vivit, ad quod designandum et celebrandum factum illud quantum valet adhuc extat, etsi iam olim gestum est, et multa de eo statu qui inde profectus est mutata sunt. Ita dicere possunt Graeci (quamquam ea aetate qua florebat lingua raro, serius saepe): οἱ Λύδοι τοὺς Ἴωνας νενικήκασιν, Ὀδυσσεὺς τὸν Πολύφημον τετύφλωκεν. Sed ut ipsa res docet in eiusmodi exemplis summa res non est id quod factum est, sed persona a qua factum est, quae facti est auctor. Cuius perfecti usus, cum posteriore demum tempore in lingua Graeca magis vulgaris sit factus, iam apud Euripidem quaedam *initia* cernuntur, rarissima tamen, et omnia fere in tribus verbis in quibus usu concedebatur latior perfecti notio: in perfectis dico verborum πάσχειν et ἐργάζεσθαι et δρᾶν.

§. 92. Verbi πάσχειν apud Euripidem rarus invenitur aoristus, pro quo *ubi fieri potest* perfectum usurpari solet. Atque ob hanc ipsam rem hoc verbum dignum est quod seorsim ponatur.

B. 642 πέπονθα δεινά· διαπέφευγέ μ' ὁ ξένος. Alc. 816.

Alc. 654 καὶ μήν, ὅσ' ἄνδρα χρὴ παθεῖν εὐδαίμονα,
πέπονθας.

I. A. 366 μυρίοι δέ τοι
πεπόνθασ' αὐτὸ πρὸς τὰ πράγματα.

Alc. 873 πέπονθας ἄξι' αἰαγμάτων. H. F. 1128. El. 672.

Alc. 1043 ἄλλον τιν', ὅστις μὴ πέπονθεν οἷ' ἐγώ,
σώζειν ἄνωχθι.

Hel. 22. ἃ δὲ πεπόνθαμεν κακὰ
λέγοιμ' ἄν.

Med. 1353 οἷ' ἐξ ἐμοῦ πέπονθας οἷά τ' εἰργάσω.

Hec. 1097 δεινὰ δεινὰ πεπόνθαμεν.

1175 τοιάδε σπεύδων χάριν
πέπονθα τὴν σὴν πολέμιόν τε σὸν κτανών.

Sup. 528 εἰ γάρ τι καὶ πεπόνθατ' Ἀργείων ὕπο.

Tro. 468 πάσχω τε καὶ πέπονθα κἄτι πείσομαι.

Ion 330. 342. I. A. 501. 985.

Tro. 894 ἐγώ νιν οἶδα καὶ σὺ χοἱ πεπονθότες.

Hip. 125 μίσει μὲν ἀνδρὸς τοῦ πεπονθότος τάδε.

I. T. 538 οὐκ ἔστιν· ἄλλως λέκτρ' ἔγημ' ἐν Αὐλίδι.
ΙΦ. δόλια γάρ, ὡς ἴσασιν οἱ πεπονθότες [1]).

§. 93. εἴργασμαι. De hoc verbo Elmsl. ad Med. 601 dicit nihil interesse inter aoristum et perfectum. Exempla aoristi si vis confer El. 1204. 1170. I. A. 326. Sup. 1072. I. T. 1173. Hip. 239. Hec. 1169 1254. εἴργασμαι et active et passive usurpatur. Active

Hel. 110 μεγάλα δ' εἴργασται κακά (ἡ Ἑλένη).
El. 1083 Ἑλένης δ' ἀδελφῆς τοιάδ' ἐξειργασμένης..
I. A. 468 ὅ μ' εἴργασται τάδε.
Or. 33 Πυλάδης θ' ὃς ἡμῖν ξυγκατείργασται τάδε.
Or. 396. 413. 1624. Hip. 565. 794.
Med. 292 οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις, Κρέον
ἔβλαψε δόξα μεγάλα τ' εἴργασται κακά.
Med. 1294. 1318. Hec. 1122. B. 1199.

Passive legitur B. 1039. 1243. Med. 1121. B. 1245. H. F. 151. Or. 284 σὺ μὲν ἐπένευσας, εἴργασται δ' ἐμοί. Med. 871. Hec. 1085.

§. 94. Δέδρακα *feci*; pro quo perfecto aoristum apud Euripidem non invenimus.

I. T. 1169 δεινὰ γὰρ δεδράκατον.
Hec. 791 ὃς οὔτε τοὺς γῆς νέρθεν οὔτε τοὺς ἄνω
δείσας δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον.
1047 ἦ γὰρ καθεῖλες Κρῆτα καὶ κρατεῖς ξένου
δέσποινα, καὶ δέδρακας οἷά περ λέγεις;
Andr. 835 δῆλα καὶ ἀμφιφανῆ καὶ ἄκρυπτα δεδράκαμεν πόσιν.
Sup. 1176 ξύνισμεν πάνθ' ὅσ' Ἀργείαν χθόνα
δέδρακας ἐσθλά. Cycl. 701.

Participium perfecti passivi τὰ δεδραμένα legimus H. F. 169. El. 1106. Andr. 808.

Videmus his quoque in verbis Euripidem perfecto modice uti et plerosque locos ita esse comparatos, ut alia quoque perfecta usurpari potuerint: haec vero memorabilia sunt, quibus et recedunt a ceterorum perfectorum usu haec tria verba, ita ut digna videantur quae seorsim a ceteris ponantur: quod et saepissime usurpantur quamvis raro Euripides ceteris perfectis uti soleat, et quod aoristo

---

[1]) Ceterum inest vitium verbo ἄλλως. Quid? Num speravit Achilles ea re quod Aulide uxorem duceret salvum se esse rediturum domum? Etiam vocabula δόλια γάρ spectare apparet ad aliquod adiectivum attributum ad λέκτρα. Quare corrigendum esse locum et scribendum censeo οὐκ ἔστι μέλε' ὃς λέκτρ' ἔγημε. Cf. Hel. 1118 μέλεα Πριαμίδαις ἄγων Λακεδαίμονος ἄπο λέχεα.

quem alibi Euripides perfecto semper fere praefert, haec quidem perfecta ubique fere praeferri solent, non ibi solum ubi utrumque eodem iure usurpari potest tempus, sed etiam ibi interdum ubi aoristo potius sit locus.

---

§. 95. Restant *duo exempla minus facilia* quibus doceri videtur Euripideum usum perfecti etiam ultra haec processisse.

El. 4 de Agamemnone, in prologo:

κτείνας δὲ τὸν
Πρίαμον ἑλών τε Δαρδάνου κλεινὴν πόλιν
ἀφίκετ' εἰς τόδ' Ἄργος, ὑψηλῶν δ' ἐπὶ
ναῶν τέθεικε σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων.

Si recte ita conservatus est locus, aliter explicari non potest atque: *rediit Argos et in altis templis collocavit multa ista tropaea quae nunc extant, quae novisti.* Transiit igitur agricola ab oratione simpliciter narrante ad apostrophen alacrem, temporis praesentis respectum hic inferens in rerum actarum narrationem, deinde vero statim redit ad narrationem meram: κἀκεῖ μὲν εὐτύχησεν.... Inest igitur maior vis et alacritas loco, cuius esse debet aliqua causa.

§. 96. Sed quae ea sit vix dicas. Haec si extarent apud poëtam aliquem Germanicum, qui perfecto liberiore modo uti solent quam Graeci, vel etiam apud Graecum in oratione paulo commotiore, vel in dialogi alacritate, possent ferri; ferri etiam fortasse possent, potius quidem quam ut nunc res sunt, si ea σκῦλα in scena extarent, vel causa cerneretur cur σκύλων commemoratio maioris esset momenti. Sed licet dici possit quod his verbis inest: *tropaea illa insignia, quae novisti, Agamemnonis sunt, qui in templis ea collocavit, eiusque sunt testimonia rei:* ipse hic sermonis calor et haec alacritas plane abhorret a loquendi ratione simplici agricolae, qui prologo nihil aliud agit nisi ut simpliciter narrans spectatoribus quae res antea facta sint explanet. Non dubito igitur quin corruptus sit locus, et mutandum verbum τέθεικε in ἔθηκε, mutatione propter iotacismum e conditione codicis lenissima. Ceterum confer

Phoen. 575 Θήβας πυρώσας τάσδε Πολυνείκης θεοῖς
ἀσπίδας ἔθηκε.

§. 97. Ion 936 *alter* extat *locus* ubi legimus:

ΚΡ. ἄκουε τοίνυν. οἶσθα Κεκροπίας πέτρας;
ΠΑΙ. οἶδ', ἔνθα Πανὸς ἄδυτα καὶ βωμοὶ πέλας.
ΚΡ. ἐνταῦθ' ἀγῶνα δεινὸν ἠγωνίσμεθα.

Ibi grave proelium commisimus. Mirus videtur locus primo aspectu et qui nulli priorum possit comparari; explicari tamen potest cur Euripides perfecto usus sit. Nam in tanta animi commotione non vult narrare Creusa quod sibi antea sit factum, sed edicit praesentem suum statum, ἀγῶνα ἠγωνισμένην se esse. Sententia igitur haec est: εἰμὶ ἠγωνισμένη - τις - δεινὸν - ἀγῶνα, ὃς ἠγωνίσθη ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ αὐτῷ.

Ceterum in tanta raritate similium locorum quaeri quidem potest, nonne hoc loco tamen aliquid valuerit in usurpando perfecto metrum·

Quo modo perfectum circumscribatur.

§. 98. Hae fuerunt rationes quibus perfectum ipsum ab Euripide usurpatur. Atque ut iam obiter sum locutus de temporibus quibus eadem sententia enuntiari potest, sic nunc restat, ut pauca addam *de eis rationibus quibus perfectum circumscribitur.* Quae sunt duae: *participium perfecti cum copula* et *participium aoristi cum* ἔχειν. Illud semper fere in passivo, hoc semper in activo usurpatur.

Illius quidem exempla apud Euripidem rarissima sunt. Neque opus esse censeo multa de his disserere: nam etsi et alii et Brock (p. 52 sq.) multum operae dederunt ut discrimina quam maxima, quae sint inter participium cum copula et perfectum simplex, investigarent et exponerent, res facilis videtur esse. Cum enim statuendum sit participii nullas alias esse rationes temporales atque verbi finiti, apparet illud quod intersit discrimen in ea sola re esse positum, quod in simplici perfecto actio praeterita et relatio quae ei est cum praesenti tempore et cum subiecto, una forma edicuntur; hac circumlocutione non in una forma participii solum, sed etiam in copula addita praesentis status notio clarius cernitur et magis urgetur.

Med. 453 ἃ δ' εἰς τυράννους ἐστί σοι λελεγμένα

vix dicas quid intersit praeter formam inter hanc circumlocutionem et verbum finitum.

Her. 1 πάλαι ποτ' ἐστὶ τοῦτ' ἐμοὶ δεδογμένον.
Hel. 728 ἐγὼ μὲν εἴην, κεἰ πέφυχ' ὅμως λάτρις
ἐν τοῖσι γενναίοισιν ἠριθμημένος.
I. A. 922 λελογισμένοι γὰρ οἵ τοιοίδ' εἰσὶν βροτῶν.

§. 99. Altera de qua dicendum est circumscribendi ratione *activum* circumscribitur: *verbo* ἔχω *cum participio aoristi,* quod

praedicative eodem modo cum ἔχω coniungitur atque adverbia. Facile est intellectu hoc modo ea quae in perfecto una forma contineantur discerni et utrumque seorsim enuntiari: et statum praesentem et rem peractam distincte significari et urgeri, hanc igitur formam perfecto esse graviorem. Ceterum exempla non desunt in quibus ἔχω non sit *se habere*, sed simpliciter *habere*, ut Latine in *perspectum habere*. Duae actiones, *occupandi* et *habendi* prorsus secretae leguntur in loco qui ad illustrandam originem usus apponatur

Phoen. 856 καὶ τόνδε χρυσοῦν στέφανον ὡς ὁρᾷς ἔχω
λαβὼν ἀπαρχὰς πολεμίων σκυλευμάτων.

§ 100. Ita actio *habendi* inest verbo ἔχειν

H. F. 264 ἐπεὶ σὺ μὲν γῆν τήνδε διολέσας ἔχεις,
ὁ δ' ὠφελήσας ἀξίων οὐ τυγχάνει.
Hel. 413 Ἑλένῃ τε Τροίας ἣν ἀποσπάσας ἔχω.
Hec. 1013 ποῦ δῆτα; πέπλων ἐντὸς ἢ κρύψασ' ἔχεις;
Med. 90 σὺ δ' ὡς μάλιστα τούσδ' ἐρημώσας ἔχε.

Se habere ἔχω significat his in locis:

Phoen. 705 ἀλλ' εἰς θεοὺς χρὴ ταῦτ' ἀναρτήσαντ' ἔχειν.
I. A. 659 ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ' ἀμὲ διολέσαντ' ἔχει.
B. 53 ὧν οὕνεκ' εἶδος θνητὸν ἀλλάξας ἔχω.
B. 302 Ἄρεώς τε μοῖραν μεταλαβὼν ἔχει τινά.
Tro. 1150 ἑνὸς μὲν οὖν μόχθου σ' ἀπαλλάξας ἔχω.
1120 λεύσσετε Τρώων
τόνδ' Ἀστυάνακτ' ἄλοχοι μέλεαι
νεκρόν, ὃν πύργων δίσκημα πικρὸν
Δαναοὶ κτείναντες ἔχουσιν.
Hel. 834 προδότις ἂν εἴης· τὴν βίαν σκήψασ' ἔχεις.
Her. 436 αἰνέσας δ' ἔχω καὶ τἀνθάδε.
Med. 33 μετ' ἀνδρὸς ὅς σφε νῦν ἀτιμάσας ἔχει.
Ion 615 ἢ τἀμὰ τιμῶν δῶμα συγχέας ἔχῃς.
Ion 736 οὐ καταισχύνασ' ἔχεις
τοὺς σοὺς παλαιοὺς ἐκγόνους αὐτόχθονας.

Plusquamperfectum.

§. 101. Tres sunt rationes temporales quibus describitur *status profectus ex actione peracta:* quae discernuntur ea re, quod status vel praesenti vel futuro vel praeterito tempore extare significatur: quarum *prima* agitur de statu qui (cum sit profectus ex actione praeterita) extat praesenti tempore; *altera* de eo statu qui futurus est, *tertia* de eo qui praeterito tempore extitit. Quarum prima ratio enuntiatur *perfecto,* altera *futuro* (et *perfecto* §. 56 sqq.), tertia *plusquamperfecto.* Est igitur plusquamperfectum nihil nisi perfectum, in quo tamen refertur praeterita actio non ad praesens tempus sed ad praeteritum, atque hac una re excepta plusquamperfectum omnes perfecti rationes et ipsum tenet. Si igitur plusquamperfectum nihil est nisi *perfectum translatum in tempus praeteritum* eisdemque subiectum legibus, apparet vitandum esse eorum errorem qui plusquamperfectum crediderunt esse *praeteritum in praeterito* et significare *actionem* quae tempore praeterito *praeterita* iam fuerit, non *statum* profectum ex actione praeterita et qui praeterito tempore extiterit.

Nam ut falso dixerunt perfectum saepe pro aoristo usurpari ob utriusque temporis notionem synonymam praeteritae actionis, ita error est etiam magis vulgatus quo statuitur *aoristum* saepe vices plusquamperfecti suscipere, et pro plusquamperfecto usurpari. Qui error inde ortus est, quod credebant omnes eas actiones quae ante actionem aliquam praeteritam principalem actae essent plusquamperfecto esse enuntiandas, si accurate in ea re versaretur lingua. Adiuta sane est haec opinio non solum lingua Latina sed etiam nostra: sed alio modo et constantius multo versata est Graeca lingua.

§. 102. Sicut enim tria sunt tempora quibus rem aliquam actam esse ante praesens tempus indicatur: *aoristus* qui actionem solam indicat agi coeptam nulla ratione habita spatii per quod acta sit; *imperfectum* quo actio significatur quam non tam eo temporis momento quo agi coepta est spectamus, quam inter ipsam actionem; *perfectum* quo significatur praesenti tempore adesse statum profectum

e praeterita actione: eodem plane modo in consideratione eius temporis quod peractum est, tres rationes discerni possunt describendarum actionum ante actarum, quibus, cum ad singulas singulis formis enuntiandas non valeat linguae copia, haec respondent tempora: *aoristus, imperfectum, plusquamperfectum.*

Quod igitur in praesenti tempore intercedit discrimen inter perfectum et aoristum, idem in praeterito statuendum est inter aoristum et plusquamperfectum: et concedamus necesse est aoristi eodem iure in tempore „antepraeterito" esse locum quo in tempore simpliciter praeterito. Ita in illo quod omnium instar citari solet exemplo Xen. Anab. 1, 1, 2 Κῦρον δὲ μεταπέμπεται ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἧς αὐτὸν σατράπην ἐποίησεν, falso vulgo iudicant aoristum usurpari pro plusquamperfecto: censentes ut videntur Xenophontem, si accurate fuisset scripturus, plusquamperfecto debuisse uti. Nam dicere potuit Dareus: Κῦρον σατράπην ἐποίησα, id quod etiam multo frequentius est quam πεποίηκα. Si autem dixit ἐποίησα, illic ubi ea actio ante aliam facta esse enuntiatur, cum lingua non habeat „plusquamaoristum" cuius vice ipse *aoristus* fungitur, aoristus manet etiam ubi nos et Latini *plusquamperfecto* opus esse credamus. Cf. I. A. 383 ὧν γὰρ ἐκτήσω, κακῶς ἦρχες. El. 774 ἐπεὶ ἀπήραμεν πόδα, ᾖμεν.

Omnibus igitur eis in locis, qui permulti sunt, ubi invenimus annotatum in commentariis: *aoristus est usurpatus pro plusquamperfecto,* dicendum est aoristum singulari Graecis modo usurpari in talibus locis in qualibus Latini plusquamperfecto utantur. Quod tamen ubique annotare aeque est inane et alienum a re ac si quis ad quemque aoristum Graecum annotare velit aoristis uti Graecos pro perfecto (i. e. Latino). Nam cum Latini non habeant aoristum eo uti non poterant aliaque tempora usurpare debebant, ubi Graeci aoristo utebantur.

§. 103. Haec est mea de aoristo „pro plusquamperfecto usurpato" sententia. Quod autem Brock dicit (p. 57), „haud dubie eam sequor opinionem aoristum nihil novi accepisse et quasi induere, sed suam et domesticam retinere significationem: *Graeci aliter ac nos res considerabant, ubi nos plusquamperfecto adhibito actionem quandam ut priorem ad aliam referimus, isti relatione missa priorem accidisse ferunt ut posteriorem, temporis discrimen si opus est particula indicantes*", ei minime consentio. Nam in Xenophonteo illo actio narrari omnino non potuit quin quisque sentiret actionem ἐποίησε ante μεταπέμπεται factam esse aoristumque aliter intelligeret atque

alium paullo esse censeret: quod temporis apertissimum discrimen Graeci sane significavissent si habuissent singularem aliquam formam: qua cum egerent linguae inopia coacti sunt ut aoristo uterentur latiore significatione talibus quoque in locis; neque credo quemquam esse quin concedat Graecos sensisse his aoristis ita usurpatis inesse notionem antepraeteritam. Nam cum aliam non haberent formam, *aoristus accommodatus est notioni antepraeteritae.*

B. 288 ἐπεί νιν ἥρπασ᾽ ἐκ πυρὸς κεραυνίου
Ζεύς, εἰς δ᾽ Ὄλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν, θεὸν
Ἥρα νιν ἤθελ᾽ ἐκβαλεῖν ἀπ᾽ οὐρανοῦ.

Num forte hic aoristus usurpatur pro plusquamperfecto? Minime. Nam plusquamperfectum *ne potuit quidem usurpari,* cum neque ἥρπαχα neque ἦχα perfecta apud Euripidem inveniantur, ita ut Iuno dicere non potuerit ἥρπαχα βρέφος. Aoristum vero „*suam et domesticam vim hic non retinuisse*" persuadere mihi non possum, nam ut sunt loci, ubi aoristus de rebus quae futuro demum tempore peractae erunt usurpetur, neque suam et domesticam vim non retinuerit (§. 57) — nam aoristus narrat solum actionem peractam esse, sive peracta est ante praesentem, sive ante futuram, sive ante praeteritam actionem et statum — item hic quoque fines non excessit iustos. An est qui nos doceat illic quoque aoristum absolute poni et non tam significare rem quae futuro demum tempore facta erit, quam *cum aliter Graeci res considerent, ubi actio aliqua erit acta ante aliam (quae et ipsa nondum extat) aoristo relatione illa missa simpliciter indicari priorem illam esse actam?* Quod si quis probaverit idem demonstraverit, in eo quod nos dicimus: *wenn du morgen nach hause zurückgekehrt bist werde ich dich besuchen,* missa relatione actionem redeundi simpliciter accidisse referri.

Eodem modo *imperfecto* uti linguam de actione antepraeterita, quae tamen cum iam est coepta, non cum incipit agi consideratur, apparet. Cf. ita

Hom. Il. 13, 440 ὅς οἱ πρόσθεν ἀπὸ χροὸς ἤρκει ὄλεθρον.
608 ἔσχεθε γὰρ σάκος εὐρύ, κατεκλάσθη δ᾽ ἐνὶ καυλῷ
ἔγχος, ὁ δὲ φρεσὶν ᾗσι χάρη καὶ ἐέλπετο νίκην. ib. 665.

Eur. Alc. 763 ὄμμα δ᾽ οὐκ ἐδείκνυμεν ξένῳ
τέγγοντες· Ἄδμητος γὰρ ὧδ᾽ ἐφίετο.

Nam eadem est ratio ubi imperfectum usurpatur atque ubi est plusquamperfectum, sed ita differunt inter se, ut interdum invenitur imperfectum ubi nobis perfecto opus videtur.

Alc. 822 τί φῄς; ἔπειτα δῆτά μ' ἐξενίζετε;
cum ita res sint, vos me excepistis? Utitur poëta imperfecto, nos expectamus perfectum. Dicendum igitur est, si recte transfertur ad tempus antepraeteritum

ἐπεὶ ὑμεῖς μ' ἐξενίζετε, ἐγὼ ὑμῖν ἐλοιδορούμην.
cum vos me excepissetis, ego vobis maledixi.

§. 104. Multis in locis aoristo opus esse, plusquamperfectum omnino usurpari non posse vidimus: sed ibi etiam ubi uti potest poëta plusquamperfecto, uti solet aoristo, id quod eodem iure fit quo ubi perfectum expectamus aoristus saepe invenitur. Cum enim plusquamperfectum esset forma gravis et inelegans atque non grata poëtis, essent vero faciliores et venustiores formae quibus eadem sententia enuntiari posset, paullatim minui atque etiam evanescere coepit plusquamperfecti usus, praesertim apud poëtas [1]).

Omnium maxime servata sunt ea quorum perfecta in notionem praesentium adeo abierunt, ut illa velut mera imperfecta usurpari solerent. Cuius usus potissimum exemplum quod memoretur dignissimum est, ubi plusquamperfectum κεκτήμην induit constructionem quae solius imperfecti propria esse solet [2]):

I. A. 404 αἰαῖ· φίλους ἄρ' οὐχὶ κεκτήμην τάλας.

§. 105. Plusquamperfecti apud Euripidem (praeter fragmenta) inveniuntur exempla XX quorum (praeter I. A. 404) quatuor solum vera sunt plusquamperfecta, atque haec quoque omnia passiva, nulla activa. Nam quae praeterea leguntur plusquamperfecta ᾔδειν et ἑστήκειν, ea ipsis Graecis videbantur imperfecta. Invenitur autem plusquamperfectum verbi οἶδα Cycl. 108. 231. 649. El. 926. Hip. 404. B. 1345. Hec. 1112. Ion 1187. 1361. ἕστασαν I. A. 240. Andr. 1098. Sup. 755. ἕσταμεν Andr. 1102. εἱστήκει H. F. 925. Andr. 1114.

Vera plusquamperfecta in toto Euripide extant haec:

El. 1041 εἰ δ' ἐκ δόμων ἥρπαστο Μενέλεως λάθρᾳ,
κτανεῖν μ' Ὀρέστην χρῆν;

---

[1]) Apud Homerum Il. XIII leguntur exempla XXIII, apud Ap. Rhod. totidem primis versibus unum.

[2]) Res notissima cuius exempla apud Euripidem non rara extant. Cf. Or. 1667. I. A. 882. Hec. 746. I. T. 351. 369. 569. Med. 703 ubi scribendum fortasse τοιγάρ pro γάρ. Andr. 418. Ion 184. fr. 55. 76. 161. 347, 4. 736, 3. 807. (Cf. Plat. Phileb. 43 e). Vix huc referenda sunt Med. 1280. Hip. 359. 1169. — I. T. 569. Ion 324. 942.

Ubi non de actione loquitur Clytaemnestra sed de statu domus, atque plusquamperfectum eodem iure usurpatur quo dici potest ἐκ δόμων ἥρπασται Μενέλεως. Sententia igitur haec: *Wenn aber Menelaus heimlich aus dem hause geraubt wäre,* cum aoristus significaret *geraubt worden wäre.* Ceterum in sententiis conditionalibus maxime vitare solent plusquamperfectum scriptores, et malunt uti aoristo, quamquam semper fit ut notio paulo sit diversa.

B. 696 νεβρίδας τ' ἀνεστείλανθ' ὅσαισιν ἁμμάτων
σύνδεσμ' ἐλέλυτο

gelöst war. Si scriberetur ἐλύθη, non usurpatus foret aoristus pro plusquamperfecto sed significaret locus *gelöst worden war.*

H. F. 926 ἐν κύκλῳ δ' ἤδη κανοῦν
εἵλικτο βωμοῦ, φθέγμα δ' ὅσιον εἴχομεν

war herumgetragen, non: *herumgetragen worden.*

fr. 566 πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασιν
κάρα γέροντος, τὸν βάλλοντα δὲ στέφειν
ἐγὼ τετάγμην ἆθλα κοσσαβῶν διδούς.

τετάγμην *iussus eram, war beauftragt,* describitur status, qui fuerit.

§. 106. *Circumscribitur* plusquamperfectum participio perfecti cum copulae imperfecto, significatione vix diversa, nisi quod *status* qui fuerit magis videtur urgeri.

I. T. 1328 οὗ ναῦς Ὀρέστου κρύφιος ἦν ὡρμισμένη.
I. A. 882 εἰς ἄρ' Ἰφιγένειαν Ἑλένης νόστος ἦν πεπρωμένος.
Hip. 1413 Ἱπ. τί δ'; ἔκτανές τἄν μ', ὡς τότ' ἦσθ' ὠργισμένος.
Θ. δόξης γὰρ ἦμεν πρὸς θεῶν ἐσφαλμένοι.
B. 643 ὃς ἄρτι δεσμοῖς ἦν κατηναγκασμένος.
Ion 1362 οὐδ' ἵν' ἦν κεκρυμμένα.
Hel. 704 οὐχ ἥδε, πρὸς θεῶν δ' ἦμεν ἠπατημένοι.
Hip. 1164 πρὸς τοῦ; δι' ἔχθρας μῶν τις ἦν ἀφιγμένος;

Plusquamperfecti activi sicut (praeter ᾔδειν et εἱστήκειν) nulla forma apud Euripidem est in usu, ita etiam nulla extat circumlocutio.

Futurum exactum.

§. 107. De hoc tempore pauca sunt dicenda post ea quae praemisimus §. 101. Est *perfectum quod refertur ad futurum tempus.* Raro tamen invenitur; nam ut iam vidimus (§. 57) perfectum et aoristum et imperfectum saepe eius vice fungi, ita etiam saepissime futuro utuntur Graeci ubi expectatur futurum exactum, eodem modo quo pro perfecto praesens invenimus (§. 85 extr.). Quod vero intercedit discrimen inter futurum exactum et *aoristum,* quae tempora apud Graecos futuri exacti Latini vice funguntur: idem iterum illud est quo et discernitur usus aoristi et plusquamperfecti, et usus aoristi et perfecti, de qua re quae saepe dixi hic iterare inutile est. Ceterum futurum exactum, quamquam frequentius quam plusquamperfectum, raro tamen invenitur, et plurima exempla eorum sunt verborum, quorum perfecta *praesentium significationes* habeant; ubi futuri exacti notio a simplici futuro non discernitur.

§. 108. κεκλήσεται fr. 36. H. F. 1330. Or. 1646. El. 1275. Tro. 13. Hel. 1674. Hec. 1271. I. A. 954. κεκλήσει Hel. 1029. 1667. Ion 580. Alc. 330.

μεμνήσομαι H. F. 250. Hip. 1397. 1461.

λελήσεται Alc. 198.

εἴσομαι quoque sit huc referendum, quod saepe invenitur. cf. Ion 710.

κεκτήσομαι I. T. 676. B. 514. Alc. 181.

ἵξομαι dubium est num sit verum futurum an exactum, de qua re ne e significatione quidem certi quidquam dicere possumus. B. 1354. Tro. 490. Hip. 720.

§. 109. Vera futuri exacti notio et vis his inest locis in quibus cognosci potest futurum exactum maiore cum vi et vehementia indicare actionem quam futurum:

B. 1313 νῦν δ᾽ ἐκ δόμων ἄτιμος ἐκβεβλήσομαι.

Potuit dicere ἐκβληθήσομαι, sed loquitur de statu qui sequetur actionem·

Hip. 894 δυοῖν δὲ μοίραιν θἀτέρᾳ πεπλήξεται.

I. T. 1046 Πυλάδης δ' ὅδ' ἡμῖν ποῦ τετάξεται φόνου;
1464 οὗ καὶ τεθάψει κατθανοῦσα.
[H. F. 729 βρόχοισι δ' ἀρκύων γενήσεται
ξιφηφόροισι.

Γενήσεται corruptum est, Elmsley scribit λελήψεται, alii cum quibus Nauck δεδήσεται, alii κεκλήσεται. Optimum videtur δεδήσεται, sed non certum.]

Or. 271 βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί;

§. 110. Or. 1041 ἔσται τάδ'· οὐδὲν σοῦ ξίφους λελείψομαι.

Non raro, ut in extremo loco, futurum exactum usurpatur ubi maiore cum vi enuntiatur aliquid quo omnem dubitationem removere et recusare studet qui loquitur.

Hip. 324 οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ', ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι.
Ion 760 εἰρήσεταί τοι κεἰ θανεῖν μέλλω διπλῇ.
Her. 980 τὸ δ' ἔργον τοῦτ' ἐμοὶ πεπράξεται.

Saepissime ita εἰρήσεται invenitur ubi, ut in notissima formula ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται, certant et voluntas qua aliquid enuntiatum iri certissime dicitur, et dubitatio quaedam ambigue fluctuantis animi qui, cum non audeat simpliciter dicere ἀλλ' ὅμως λέξω, maiore cum vi qua pronuntiatur fore *tamen* ut res edicatur ambiguitatem illam quasi sedare et opprimere vult.

B. 775 ταρβῶ μὲν εἰπεῖν τοὺς λόγους ἐλευθέρους
εἰς τὸν τύραννον, ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται·
Διόνυσος ἥσσων οὐδενὸς θεῶν ἔφυ.

Hec. 824 καὶ μὴν ἴσως μὲν τοῦ λόγου κενὸν τόδε
Κύπριν προβάλλειν· ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται·
ἐκ τοῦ σκότου γὰρ τῶν τε νυκτέρων βροτοῖς
φίλτρων μεγίστη γίγνεται βροτοῖς χάρις·
πρὸς σοῖσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται [1]).

Her. 928. Phoen. 928. Med. 625
σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται.

---

[1]) Ita transponendos censeo versus 831. 832, servata codicum scriptura, et optimo sensu. Versus 827 et 835 spurii mihi videntur.

I. Index perfectorum.

II. Index criticus.

Numeri sunt Nauckiani.